Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

48,– 121.

DA. Box

LN 497

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

M. TVLLII CI-
CERONIS
CATO MAIOR, SEV
DE
SENECTVTE,
LIBELLVS:

CVM DISPOSITIONE
Argumentorum, & Annotationibus, per
IOHANNEM ALBVRGEN-
SEM *exceptis ex præle-*
ctionibus
D. DAVIDIS CHY-
TRAEI.

ROSTOCHII
EXCVSVS PER IACOBVM
Tranſyluanum.

Anno M. D. LXXII.

Cum Cæſareæ Maieſtatis priuilegio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

NOBILIS ET GENEROSI HEROIS, D. PETRI SCHRAMII, DE VROP, Equitis Aurati, Senioris in Senatu inclyti regni Daniæ, Regij præfecti in Laholm &c. Mecœnatis optimè de ſe meriti filio NICOLAO SCHRAMIO, IOHANNES ALBVRGENSIS S. D.

MAGNVM ET EXcellens decus, & præſidium ac ornamentum regni ſingulare ſunt SENES NOBILES, ſapientia, uirtute & authoritate præſtantes, & iuſtitiam intelligentes et amantes, qui publica regni conſilia regunt, & cum Auguſto ſene his uerbis iuuentutem alloqui poſſunt: ἀκούετε νέοι γέροντος, ὃ νέου γέροντες ἤκουσαν. Qualis in Senatu inclyti regni Daniæ, patriæ noſtræ, iam pater tuus ſenex, eadem ætate & authoritate, qua Cato ſenex olim in imperio Romano, non annis modò & canis, verùmetiam antiqua uirtute & fide, in cruda viridiq; ſenecta, uiget ac floret. De quo quotiescunq; cogito, ac quotidiè precibus ad Deum meis, vi-

tam

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

tam ipſius ac ſalutem DEO commendans, dulciſſimam Pſalmi promiſſionem, exemplo adeò illuſtri expreſſam in conſpectu habeo. Plantati in domo Domini, in atrijs domus DEI noſtri florebunt: Et in SENECTA adhuc vigentes & virides erunt. Iuſtus enim vt palma florebit: ſicut Cedrus Libani multiplicabitur &c.

Oro autem Deum ardentibus votis, vt ornatiſſimo patri tuo, vires animi & corporis, in hac ſenecta confirmet, & tuæ vitæ curſum gubernet, vt non modo prouectæ ætatis, verùm etiam ſapientiæ & virtutis, & ſummæ authoritatis ac gloriæ Nobiliſſi: patris tui hæres exiſtas. Qui ex intimo ſinu paterni pectoris quotidiè optat, non tantùm vt bellica fortitudine & laude militari ipſum exprimas, ſicut apud Homerum Hector precatur:

O Superi talem fieri concedite gnatum,
Qualis ego exiſto, & uirtute excellere ciues;
Ingens ut patriæ ſit præſidiumq; decuſq;.
Et ſi quandò redit cæſo fœliciter hoſte,
Et ſpolijs auctus, conclament undiq; ciues,
Hic ſuperat uirtute patrem: quæ gloria nati
Soletur triſtem matris recreetq; ſenectam:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Verùmetiam doctrina bonarum artium, & diuinarum, humanarumq́ legum notitia, & in primis agnitione Dei, iuſtitia & pietate vera, mentem inſtruas, & generis Nobilitatem, familiæq́ ſplendorem exornes. Eſt enim Nobilitas vera, non maiorum dignitas tantùm, & opes poſteris relictæ, ſed virtus præcipuè, & ſapientia, ac doctrina, quæ DEI gloriæ, patriæ, Eccleſiæ, Reipublicæ & reliquo generi humano vtiliter ſeruit, & propter benemerita erga alios multis nota eſt. Vndè & nomen Nobilitatis extitit. Sed in multis verum eſſe comperimus, quod virum ſapientem Carneadem olim dixiſſe ferunt, plæroſq́ Nobilium et Regum filios, equitare ſolùmmodo & aurigari, & ferè aliud nihil benè & præclarè diſcere. Ex hoc vulgo equitum te eximere ſapientiſsimus pater tuus cupit, & mentem tuam, vera pietate, & doctrina iuris diuini ac humani, & iuſtitiæ amore, & omni uirtute expoliri, & te verè Nobilem, & propter doctrinæ virtutis ac ſapientiæ laudem, & benemerita erga alios, plurimis notum & illuſtrem reddi, & ſenectam in ſumma authoritate honoratam & beatam agere, optat. Huic patris tui

voto

voto honeſtiſsimo, diligentia in ſtudijs & omni virtutis officio reſpondebis. & dari à Deo, & prorogari nobis vitæ ſpacium cogitabis, non vt ocioſi voluptatibus tranquillè frui, ſed vt veram de Deo, & omni virtutis officio doctrinam diſcere, & vſu ac exercitijs vitæ confirmare, & docendo ac regendo alijs prodeſſe poſsimus.

Cum autem omnes longa nobis à DEO vitæ ſpacia, & ſenectutem tranquillam, dari optemus: intuens in Nobiliſsimi Herois patris tui, iam octoginta annos nati, ſenectam Dei beneficio robuſtam & honoratam: Tibi, quem meæ fidei pater erudiendum commendauit, inſcribere has, in eruditiſsimum Ciceronis de Senectute libellum, Annotationes volui: Quas ex præceptoris noſtri D. DAVIDIS prælectionibus, antè ſeptennium, loco fratris Nathanis tùm in Italia abſentis, Officia & adiunctos Ciceronis libellos publicè explicantis, excepi. Quas etſi ipſe fortaſsis perire mallet, quàm typis publicè expreſſas extare, tamen cum mihi ad intelligendam eruditiſsimam Ciceronis diſputationem, multis hiſtoriis, quæ non ſtatim iunioribus obuiæ ſunt, ſtipa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

tam, magnæ vtilitatis fructum attulerint: exiſtimaui alijs etiam adoleſcentibus ſtudioſis, lectionem illarum non ingratam, nec infrugiferam fore. Addidi etiam doctiſsimum Eraſmi carmen DE SENECTVTE. Quod, etiamſi ſcholia à me collecta prorſus abijci & contemni debere aliquis fortaſsè ſentiet, tamen non planè aſpernandum, ſed eruditorum lectione digniſsimum eſſe, omnes eruditi fatebuntur. DEVM oro, vt nos doceat, ſeruet & gubernet: & ſtudia tua, ac vniuerſum vitæ curſum regat, vt fœliciter in ſtudio virtutis & doctrinarum proficias, & paulò pòst DEO in Reipublicæ gubernatione vtiliter ſeruias, inq́ patris creſcas munera magna tui. Benè & fœliciter vale. Roſtochij, Anno 1572. Die 15. Martij, quo antè annos 1614. Imperator excellens ingenio, virtute, et fœlicitate, Iulius Cæſar, anno ætatis ſuæ 56. à coniuratis Romæ interfectus, inſigne exemplũ inſtabilitatis fortunæ, & ingratitudinis humanæ ac perfidiæ, poſteritati reliquit: et res humanas, quantumlibet florentes, facilimè euerti, deſerente Deo, admonet. Oremus igitur Deũ, vt nos gubernet, et vmbra manus ſuæ protegat, & in domo ſua florentes ſeruet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

DES. ERASMI ROTERODAMI CARMEN AD GVILIELMVM COPVM, BASILEIENSEM MEDICVM,

DE SENECTVTIS INCOMMODIS,

Heroico carmine, & Iambico Dimetro Catalectico.

VNica nobilium medicorũ gloria Cope,
Seu quis requirat artem,
Siue fidem ſpectet, ſeu curam, in quolibet horum,
Vel iniquus ipſe, noſtro
Præcipuos tribuit Gulielmo liuor honores.
Cedit, fugitq́; morbi
Ingenio genus omne tuo. Teterrima porrò
Senecta morbus ingens,
Nullis arceriúe poteſt, pelliúe medelis.
Quin derepentè oborta
Corporis epotet ſuccos, animiq́; uigorem
Hebetet, ſimul trecentis
Hinc atq́; hinc ſtipata malis, quibus omnia carptim
Vellitq́; deteritq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Commoda, quæ ſecum ſubolſcens uexerit ætas,
Formam, ſtatum, colorem.
Partem animi memorem, cum pectore, lumina, ſomnos,
Vires, alacritatem,
Autorem uitæ igniculum, decerpit, & huius
Nutricium liquorem,
Vitaleis adimit flatus, cum ſanguine corpus,
Riſus, iocos, lepóres.
Deniq; totum hominem paulatim ſurripit ipſe.
Neq; de priore tandem
Præterquàm nomen, titulumq; relinquit inanem.
Cuiuſmodi tuemur
Paßim marmoreis inſculpta uocabula buſtis.
Vtrum hæc ſenecta quæſo,
An mors lenta magis dicenda eſt: inuida fata, &
Impendio maligna.
Vt quæ deteriora labantis ſtamina uitæ,
Pernicitate tanta
Accelerare uelint, rapidisq; allabier alis.
At floridam iuuentam
Vſque adeò male præcipiti decurrere filo,
Vt illius priuſquam
Cognita ſat bona ſint, iam nos fugitiua relinquant
Et citius atq; noſmet
Planè uiuere ſenſerimus, iam uiuere fracti
Repentè deſinamus.

At

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

At cerui uolucres & cornix garrula uiuunt
  Tot ſeculis, uigentq́;.
Vni porrò homini poſt ſeptima protinus, idq́;
  Vix dum peracta luſtra,
Corporeum robur carioſa ſenecta fatigat.
  Neq; id ſatis, ſed ante
Quam decimum luſtrum uolitans abſoluerit ætas,
  Tentare non ueretur
Immortalem hominis, ductamq́; ex æthere partem.
  Et hanc laceßit audax,
Nec timet ingenij ſacros inceſſere neruos,
  Sua ſi fides probato,
Conſtat Ariſtoteli. ſed quorſum opus obſecro tanto
  Autore, quando certam
Ipſa fidem, heu nimium facit experientia certam?

Quàm nuper hunc Eraſmum
Vidiſti media uiridem florere iuuenta?
  Nunc is repentè uerſus,
Incipit urgentis ſenij ſentiſcere damna.
  Et alius eſſe tendit,
Dißimilisq́; ſui, nec adhuc Phœbeius orbis
  Quadragies reuexit
Natalem lucem, quæ bruma ineunte Calendas
  Quinta anteit Nouembreis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Nunc mihi iam raris ſparguntur tempora canis:
Et albicare mentum
Incipiens iam præteritis uernantibus annis,
Vitæ monet cadentis
Aduentare hyemem, gelidamq; inſtare ſenectam.
Eheu fugacis, ohe
Pars ueluti melior, ſic & properantior æui
O ſeculi caduci
Flos nimium breuis, & nulla reparabilis arte,
Teneræ ô uiror iuuentæ,
O dulces anni, ô felicia tempora uitæ
Vt clanculum excidiſtis,
Vt ſenſum fallente fuga, lapſuq; uolucri
Furtim auolaſtis, ohe
Haud ſimili properant undoſa relinquere curſu,
Virideis fluenta ripas.
Impete nec ſimili, fugiunt caua nubila, ſiccis
Quoties aguntur Euris.
Sic ſic effugiunt tacitæ uaga ſomnia noctis
Simul auolante ſomno,
Quæ deſiderium, curas & præter inaneis,
Sui nihil relinquunt,
Sic roſa quæ tenero modò murice tincta rubebat
Tenui ſeneſcit auſtro.

Atq; ita me miſerum, nucibus dum ludo puellus,
Dum literas ephebus

Ardeo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Ardeo, dum ſcrutor, pugnasq; uiasq; ſophorum,
Dum rhetorum colores,
Blandaq; melliſluæ deamo figmenta poëſis,
Dum necto ſyllogiſmos,
Pingere dum meditor tenueis ſine corpore formas,
Dum ſedulus per omne
Autorum uoluor genus, impiger undiq; carpo,
Apis in modum Matinæ,
Pædias ſolidum cupiens abſoluere cyclum,
Sine fine geſtienti.
Singula correptus dum circumuector amore,
Dum nil placet relinqui,
Dumq; profana ſacris, dum iungere Græca Latinis
Studeoq; moliorq;,
Dum cognoſcendi ſtudio, terrâq; mariq;
Volitare, dum niuoſas
Cordi eſt, & iuuat & libet ereptare per alpeis,
Dulceis parare amicos
Dum ſtudeo, atq; uiris iuuat innoteſcere doctis:
Furtim inter iſta pigrum
Obrepſit ſenium, & ſubitò ſegneſcere uireis
Miror q; ſentioq;.
Vixq; mihi ſpatium iam defluxiſſe ualentis
Perſuadeo iuuentæ.

Quur adeò circumſpectè parcéq; lapillis,
Quur purpuris & oſtro

Mor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Mortales utuntur, & ætas aurea, tanto
Precioſior lapillis,
Et quouis auro, quouis precioſior oſtro,
Prodigitur, inq; nugis
Conteritur miſeris nullo uecorditer uſu,
Siniturq; abire fruſtra?
Adde quod illa queant ſarciri perdita, Craſſos
Speres tibi licebit,
Et Lydos ſperes Crœſos, iam Codrus, & Irus.
Sed quod ſemel ſeuera
Penſilibus fuſis Clotho deuoluerit æuum,
Id nec uenena Circes,
Nec magicum Maia nati geſtamina, ſceptrum
Neq; dira Theſſalorum
Medeæ ſuccis reuocare precamina poßint.
Non ſi uel ipſe diuûm
Nectare te ſaturet pater, ambroſióq; liquore.
Namq; his ali iuuentam,
Arceri ſenium, ſcripſit nugator Homerus.
Non ſi tibi efficaci
Rore riget corpus Tithoni lutea coniunx,
Non ſi ter, octiesq;
Phaon per Chias Venerem tranſuexerit undas.
Non ſi tibi ipſe Chiron
Omneis admoueat, quas tellus proſerit, herbas.
Nec annulus, nec ulla

Phar-

Pharmaca, cum neruis annos remorantur eunteis.
Atqui ferunt Magorum
Monſtrifico ſiſti torrentia flumina cantu,
Iiſdem ferunt relabi
Præcipites amnes, uerſo in contraria curſu.
Et Cynthiæ uolucres,
Et rapidas Phœbi ſiſti, figiq; quadrigas.
Sed ut hæc ſtupenda poßint
Carmina, non ſperes tamen improbus, ut tibi quondam
Aut iam peracta uitæ
Secla iterum referant, aut prætereuntia ſiſtant.
Sol mergitur, uicißimq;
Exoritur nouus, & nitido redit ore ſerenus.
Extincta luna rurſum
Naſcitur, inq; uices nunc decreſcente minuta
Senſim ſeneſcit orbe,
Nunc uegeta arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad ſuam iuuentam,
Bruma ubi conſenuit, zephyris redeuntibus, annus.
Et poſt gelu, niueisq;
Ver nitidum, floresq; reuerſa reducit hirundo.
At noſtra poſteaquam
Feruida præterijt ſeclis labentibus æſtas,
Vbi triſtis occupauit
Corpus hyems, capitisq; horrentia tempora, poſtquam
Niue canuere denſa,

Nulla

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Nulla recurſuri ſpes, aut ſucceſsio ueris,
  Verùm magis ſupremum
Imponit mors una, malorum maxima, finem.

  More Phrygum inter iſta
Incipimus ſerò ſapere, & diſpendia uitæ
  Incogitanter actæ
Ploramus miſeri. & conſumptos turpiter annos
  Horremus, execramur.
Quæ quondã heu nimiũ placuere, & quæ uehementer
  Mellita uiſa dudum,
Tum triſti cruciant recolentia pectora felle,
  Fruſtráq; maceramur
Tàm rarum ſine fruge bonum fluxiſſe, quod omni
  Benè collocare cura
Par erat, & nullam temerè diſperdere partem,
  At nunc mihi oſcitanti
Qualibus heu nugis, quanta eſt data portio uitæ.

  Satis hactenus miſelle
Ceſſatum, ſatis eſt dormitum, pellere ſomnos
  Nunc tempus eſt Eraſme,
Nunc expergiſci & tota reſipiſcere mente
  Velis dehinc, equiſq;,
Et pedibus, manibuſq; & totis deniq; neruis
  Nitendum, ut anteacti

Tem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Temporis, & ſtudio iactura uolubilis æui
Vigilante ſarciatur,
Dum licet, ac dum triſtis adhuc in limine primo
Conſiſtimus ſenectæ,
Dum noua canicies, & adhuc numerabilis, & dum
Pilis notata raris
Tempora, duntaxat ſpacium effluxiſſe uirentis
Iam clamitant iuuentæ.
Nec tàm præſentem iam teſtificantur adeſſe,
Quàm nunciant citatum
Ferre gradum, & ſterilem procul aduentare ſenectā.
Cuiuſmodi uidetur
Tum rerum facies, quum autumni frigore primo,
Iam uernus ille pratis
Deceßit decor, ac langueſcunt lumina florum.
Iam iam minus nitenteis
Herbas affirmes, Boreaſq;, geluq; nocentis
Iam prætimere brumæ.

Ergò animus, dum totus adhuc conſtatq;, uigetq;.
Et corporis puſillum
Detrimenta nocent, age iam meliora ſequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata æui ſupereſſe uolent, id protinus omne
CHRISTO dicetur uni.
Quo, cui uel ſolidam decuit ſacrarier, ut cui
Bis terq; debeatur,

Prin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Principio gratis donata, hinc reddita gratis,
Totieſq; uindicata,
Huic ſaltem pars deterior, breuiorq; dicetur.
Poſthac ualete nugæ,
Fucatæq; uoluptates, riſuſq;, iociq;
Luſus, & illecebræ.
Splendida nobilium decreta ualete ſophorum,
Valete ſyllogiſmi.
Blandæ Pegaſides, animoſq; trahentia Pithûs
Pigmenta, floſculiq;.
Pectore iam ſoli toto, penituſq; dicato,
Certum eſt uacare CHRISTO.
Hic mihi ſolus erit ſtudium, dulceſq; Camœnæ,
Honos, decus, uoluptas,
Omnia ſolus erit, neq; quicquam ea cura (quod aiunt)
Mouebit Hippoclidem.
Terrea ſi moles, compagóq; corporis huius
Marceſcet obſoleſcens,
Mens modo pura mihi, ſcelerumq; ignara, per illum
Niteatq;, floreatq;,
Donec ſumma dies pariter cum corpore mentem
Ad priſtinum nouata
Conuictum reuocabit, & hinc iam uere perenni
Pars utraq; fruetur.
Hæc facito ut rata ſint, uitæ exorabilis autor,
Vitæq; reſtitutor.
Quo ſine nil poſſunt unquàm mortalia uota, &
Vires labant caducæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

9

TABELLA CHRONOLOGICA, INDICANS TEMPORA OMNIVM HISTORIArum, & virorum illuſtrium, quos in libello de Senectute Cicero nominatim celebrat.

Tithonus, Laomedontis *Troiani Regis filius, Auroræ maritus, quem de Senectute diſſerentem Ariſto Chius induxit.*	*Circa Annum mundi 2780.*
Homerus & Heſiodus, annis 150. ante Romam conditam floruerunt.	*3060.*
ROMA CONDITA, anno ante natalem Chriſti 750.	*3212.*
SOLON quotidie aliquid addiſcens ſeneſcit, tempore exilij Iudæorum Babylonici.	*3400.*
Steſichorus *Himeræus Poëta Lyricus ſenex moritur.*	

B Pithago-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

3430. *Pythagoras Philoſophus tempore Cyri & Cambyſis floruit.*

3440. *CYRVS Monarcha Perſarum moriens, de immortalitate animorum concionatur.*

Anno mundi *Milo Crotoniates athleta vixit tempore Darij Hyſtaſpis.*

3456. vrbis Romæ. *L. Iunius Brutus, eiectis Roma Regibus, in liberanda patria interfectus eſt, tempore Darij Hyſtaſpis.*

245. *Simonides Poeta*

273. *Themiſtocles & Ariſtides, tempore belli cum Xerxe florent.*

300. *Legati Roma deſcribendarum Legum cauſa Athenas miſſi.*

316. *L. Quintius Cincinnatus, ex agro ad dictaturam vocatus, Sp. Melium interfici iubet.*

Democritus Philoſophus ſenex floruit.

340. *SOCRATES Philoſophus Athenis floret.*

Lyſander

Lyſander apud Cyrum iuniorem Sardibus diuertit. Anno vrbis Romæ 352.

Xenophon in exercitu Cyri militat.

Sophocles Poeta ſenex Oedipum Colonæum Iudicibus recitauit.

PLATO Athenienſis Tarenti apud Archytam fuit.

Plato Philoſophus, anno ætatis 81. ſcribens mortuus eſt. 405.

M. Valerius Coruinus primum COS. II. 409. III. 412. IIII. 420. V. 453. A. V. 454. ſextùm COS. fuit. 407.

P. DECIVS pater COS. ſe pro patriæ ſalute deuouit. Eodem anno ISOCRATES Orator, anno ætatis 99. obijt. Biennio ante mortem Philippi Macedonis 415.

ALEXANDRI Magni Monarchia incipit. 423.

Appius Claudius cœcus Cenſor. 442.

Appius Claudius COS. I. 457. COS. II. 447.

ZENO Stoicus. Cleanthes. 450.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno V.C

458. *P. Decius filius* COS. *IIII. ſe pro Republica deuouit.*

463. *M. Curius primùm* COS.

471. *C. FABRICIVS Luſcinus, cum Pyrrho Epirotarum Rege bellum geſsit.*

A.V. 457. COS. *II. de Samnitibus & Lucanis triumphauit.*

473. Tiberius Coruncanus COS.

478. *M. CVRIVS* COS. *II. & 479.* COS. *III.*

Ariſto Chius, qni Tithonum de Senectute diſſerentem introducit, hoc tempore floruit. Huius in libris de Finibus crebra mentio fit.

493. *C. Duilius* COS, *Pœnos primus nauali prælio vicit.*

506. *L. Metellus* COS. *II. Pont. Max.*

513. *Liuius fabulam primam Romæ docuit.*

517. *ENNIVS Poeta natus.*

Næuius Poeta primum bellum Punicum carmine deſcripſit.

Q. Fa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Q. Fabius Maximus primùm COS. 520.

M. Portius CATO, cuius nomen, Titulo libelli de Senectute Cicero inſcripſit, NATVS EST, ante Chriſti natalem anno 230. 521.

Q. Maximus COS. II. C. Flaminio Trib. Pl. agrum Picenum & Gallicum diuidenti reſtitit. Hic eſt Flaminus, qui poſtea COS. A.V. 537. ad Thraſimenum ab Hannibale cæſus eſt. 526.

P. Corn. Scipio COS. initio ſecundi belli Punici, ſuo corpore iter Pœnis obſtruere voluit. 536.

L. Aemylius Paulus, Scipionis Aemyliani auus, COS III. in pugna Cannenſi interijt. 538.

Q. Fabius Maximus COS IIII. 540.

Cato adoleſcentulus miles ad Capuam profectus eſt.

Tarentum ab Hannibale captum. 542.

CATO QVAESTOR ad Tarentum à Q. Maximo V. COS. receptum. 545.

CATO AEDILIS. M. Marcellus COS. V. ab Hannibale cæſus. 546.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno V.C

549. COSS. P. Cornelius SCIPIO Africanus. P. Licinius Craſsus Iureconſultus

550. COSS. M. Cornelius Cethegus ſuadæ medulla P. Sempronius Tuditanus.

CATO PRAETOR.

Q. Fabius Maximus legem Cinciam de donis & muneribus ſuaſit.

552. SCIPIO Hannibalem vicit & bello Punico II. finem impoſuit.

556. T. Quintius FLAMINIVS COS. Philippum Regem Macedoniæ vicit. Huius T. Flaminij in exordio libelli mentionem fieri exiſtimo.

559.

CATO CONSVL.

P. Scipio Africanus ſuperior COS. II.

560.

563. CATO Tribunus militaris contra Antiochum Aſiæ Regem ad Thermopylas pugnat.

566. C. Liuius Salinator (qui A. V. 542. Tarentum amiſerat) CONSVL.

568. SP. Albinus COS.

570. CATO CENSOR, cum Valerio Flacco

Flacco, C. Flaminium Conſularem ex Se- Anno V.C
natu eiecit. 570.

L. Aemylius Paulus, Scipionis Aemy- 572.
liani pater primùm COS.

COSS. { Q. *Seruilius Cæpio.*
Q. *Martius Philippus II.* 585.

ENNIVS Poeta anno ætatis 70. mortuus eſt.

Cato ætatis 65. legem Voconiam de hæreditatibus mulierum accidendis ſuaſit.

L. Aemylius Paulus Scipionis pater 586.
COS II. Perſeũ Macedoniæ Regem cepit.

C. Sulpitius Gallus *Aſtrologus* 588.
COS. fuit.

P. Scipio Naſica, corculum dictus, 599.
Pont. Max. iam ſenex factus eſt.

Diogenes Stoicus, cum Carneade Academico, & Critolao Peripatetico, Romam legatus miſſus.

M.. CATO apud Lælium & Scipio- 640.
nem de Senectute diſputans a Cicerone inducitur: Quo ipſo anno etiam mortuus eſt. Maſaniſſa Numidiæ Rex 90. annos natus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

605. *Initium Tertij Belli Punici.*

607. *P. SCIPIO Africanus Iunior, qui ſuo ſermone Catoni de Senectute diſputandi occaſionem præbet, CONSVL fuit. & ſequenti anno Carthaginem deleuit.*

614. *C. LAELIVS COS. Scipionis iunioris amicus, à quo libellus de Amicitia nomen habet.*

648. *M. CICERO natus eſt.*

708. *Cicero libellum de Senectute ſcripſit.*

ARGV-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ARGVMENTVM ET DISPOSITIO.

Libellus Ciceronis de Senectute, pertinet ad Genus cauſarum Iudiciale, & ſtatum iuredicialem.

Defendit enim, iniuſte accuſari Senectutem, quòd miſera ſit. Primùm a cauſa Efficiente, in genere diſputans, Nihil eſſe miſerum aut malum, quod Naturæ neceſſitas adferat. Atqui à natura ſeu Deo ipſo certos ætatis gradus ordinatos eſſe, quorum poſtremus ſit ſenectus. Deinde per Translationem cauſæ, oſtendens moleſtiarum Senectutis culpam in moribus ſenum, non in ætate poſitam eſſe: idq; exemplo, primum ſenis Gubernatoris politici Q. Fabij Maximi, deinde ſenum Doctorum, Platonis, Socratis, Gorgiæ, & Ennij confirmat.

Poſtea in ſpecie ad Quatuor obiectiones ſeu argumenta, quibus Senectutem vulgo accuſant, reſpondet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Aetas auocans à rebus agendis, non poteſt non eſſe miſera. Quia homo, non ad ocium iners & ignauum, ſed ad actiones & res gerendas natus eſt.

Senectus abſtrahit à rebus gerendis.

Ergo eſt miſera.

Reſpondet ad Minorem, per Inficiationem, & diſtinctionem laborum Corporis & Animi. Senectus non auocat à rebus gerendis, quæ ingenio, ratione, conſilio, doctrina, & authoritate perficiuntur. Id probat & amplificat per Diſtributionem, illuſtribus exemplis primò Gubernatorum Reipublicæ, Maximi, Pauli, Fabricij, Curij, Coruncani, Appij Claudij, Scipionis Africani. Secundo Hominum doctorum, Sophoclis, Heſiodi, Simonidis, Iſocratis &c. Tertio Ruſticorum. Quarto aliorum priuatorum.

SECVNDVM.

Aetas quæ corporis vires infirmas facit, miſera eſt.

Senectus vires corporis reddit infirmas.
Ergo miſera eſt.

Reſpondet primùm ad Maiorem per inficiationem. Nihil miſerum cenſeri debet, quod naturaliter homini inſitum eſt. At natura ipſa vires Homini infirmiores, quàm Tauro & Elephanti, & ſenili ætati debiliores, quàm iuuenili, tribuit.

Deinde ad Minorem tripliciter. Primum per Paradiaſtolen. Etiamſi corporis robur in ſenecta languidius fieret: tamen ingenij vires, quæ Hominis propriæ ſunt, in ſenecta maximè vigent & florent. Secundo per Translationem cauſæ. Quia defectionis virium corporis ſenilis cauſa plerunq; eſt, non ætas ſenilis, ſed iuuentutis intemperantia. Tertiò per inficiationem. Etiam corporis vires non planè extinguuntur in ſcnibus. Quod demonſtrant exempla crudæ viridiſq; ſenectæ Cyri, L. Metelli, ipſius Catonis, qui Neſtoris exemplo de ſe ipſe gloriatur. Item Maſiniſſæ Regis Numidiæ, Appij Cœci &c. Tandem ad ſuam ſenectam redit, & commemoratione ſcriptorum & aliarum exercitatio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ercitationum ſuarum & laborum ſenilium, oſtendit vires ingenij & corporis ſenectute non planè amitti.

TERTIVM.

AEtas priuans nos omnibus ferê voluptatibus, miſera eſt.

Senectus priuat omnibus voluptatibus.

Ergo miſera eſt.

Reſpondet primùm per Inuerſionem. Imò, propter hanc ipſam cauſam, non miſera, ſed beata eſt Senectus, quia voluptates corporis, ſeu guſtus & tactus, inordinatas, quæ etiam in adoleſcentia viçioſiſſimæ ſunt, nobis aufert. Hac occaſione vituperationem voluptatis immoderatæ inſtituit, recitans Orationem Archytæ Tarentini, & exemplum ſuæ Cenſuræ aduerſus C. Flaminium, & iudicium Fabricij, Curij & Coruncani de Epicuro, qui finem Hominis eſſe voluptatem docuerat.

Deinde ad Minorem reſpondet, Senectutem non carere, ſed affatim frui, & ſe explere poſſe voluptatibus moderatis & conceſſis, primùm CONVIVIORVM

honeſto-

honeſtorum. Deinde STVDIORVM DOCTRINAE. Tertio AGRICVLTVRAE, in cuius liberaliſsimis voluptatibus & partibus præcipuis explicandis & laudandis prolixè immoratur. Quarto AVTORITATIS, quæ apex eſt Senectutis & gloriæ, qua nihil dulcius eſt.

QVARTVM
Argumentum.

AEtas quæ non procul abeſt à morte, miſera eſt. Quia Mors omnium malorum miſerrimum eſt. Senectus non procul abeſt à morte. Ergo miſera eſt.

Primum breuiter reſpondet ad Maiorem per Inficiationem. Mors non eſt mala: ideoq́; nec metuenda. Nam vel prorſus extinguit & in nihilum redigit Hominem, vt ſenſus mali nullus poſt mortem ſuperſit: vel Animum à corpore liberatum reddit æternum & beatum.

Deinde ad Minorem prolixè reſpondet, adoleſcentibus, non minus quàm ſenibus, ſingulis momentis, Mortem impendere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

dere. Non igitur ſenilis ætatis hoc incommodum proprium eſſe.

Tertio ad maiorem redit, & Mortem non eſſe malum, hoc Syllogiſmo probat.

Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Mors eſt ſenibus naturalis, ſicut poma matura ſua ſponte ex arboribus decidunt. Ergo mors non eſt mala.

Quarto, Mortem non metuendam, ſed magno & forti animo negligendam & contemnendam eſſe, docet exemplo Solonis, Ennij, Bruti, Deciorum, Reguli, AEmylij Pauli, M. Marcelli & totarum legionum.

Poſtremo, ANIMAS HOMINVM MORTE NON EXTINGVI, SED IMMORTALES ESSE ET BEATAS VIVERE, illuſtribus teſtimonijs & argumentis confirmat: Primum ab Authoritate ſeu Teſtimonijs ſapientiſſimorum virorum Pythagoræ & Socratis. II. Ab actionibus animæ. Nulla natura elementaris & corruptibilis habet inſitas noticias de DEO & virtute, intelligit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

telligit ac raciocinatur & iudicat vniuerſalia & non ſubiecta ſenſibus, meminit præterita, prouidet futura, nouas artes inuenit. &c. Anima hominis habet inſitas noticias, meminit præterita, ratiocinatur futura, inuenit artes &c. Ergo non eſt natura elementaris & corruptibilis.

3. A cauſa Efficiente. Omne quod ſe ipſum mouet ſemper mouetur, & eſt æternum. Anima hominis ſe ipſam mouet. Ergo eſt æterna.

4. A cauſa materiali. Quod non eſt compoſitum ex elementis, non eſt corruptibile. Anima non eſt compoſita ex elementis, ſed eſt natura ſimplex & incompoſita. Ergo non eſt mortalis.

5. Nemo poteſt celeriter res innumerabiles & difficillimas diſcere, quarum nullam planè notitiam prius habuit. Pueri celeriter res innumerabiles in difficilibus ſcientijs arripiunt. Ergo Animæ Puerorũ antea aliquam earum noticiam habuerunt.

6. Cyri morientis oratio aliquot argumenta ſuppeditat.

7. Spe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

7. Specimen naturæ capi decet ex optima quaq; natura. Optimi & præſtantiſſimi quiq; viri, Pauli Aemylij, Scipiones Africani, Cato & alij, ſummos labores diurnos, nocturnosq;, domi, militiæq; ſuſcipiunt, vt gloriam perpetuam apud poſteros aſſequantur. Ergo optimi & præſtantiſſimi quiq; ſentiunt, Animas immortales eſſe, & ad mortuos poſteritatem pertinere poſſe.

8. Sapientiſſimorum & optimorum virorum iudicia & ſententiæ veriores ſunt quàm ſtultorum. Sapientiſſimus quisq; æquiſſimo animo moritur cernens ſe ad meliora proficiſci: ſtultiſſimus iniquiſſimo. Ergo morte in meliorem vitam migrari verum eſt.

Hæc totius libelli Summa & Diſpoſitio eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

SERIES ANNORVM VITÆ, HONORVM, RERVM GESTARVM, ET SCRIPTORVM M. TVLLII CICERONIS.

Anno Mundi 3859.

Anno urbis Romæ 648.

Q. SERVILIVS Cepio.
C. Atilius.

M. TVLLIVS CICERO natus eſt die 3. Ianuarij. lib. 7. Epiſt. 5 ad Atticum. Anno antè Chriſtum natum 103.

L. Craſſus Orator, Legem Seruiliam, de Iudicijs æqua parte ad Senatum transferendis ſuaſit.

POMPEIVS Magnus die 30. Septembris natus eſt.

BELLI CIMBRICI initium.

---

649. P. RVTILIVS Rufus Iuriſc.
C. Manlius.

Marij triumphus de Iugurtha.

Q. Seruilius Cepio & C. Manlius à Cimbris uicti, caſtriſq; exuti ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis

649. Populus Romanus, inſtigante Norbano, Cepionis damnati bona publicauit. Norbanum poſteà Sulpitius accuſauit, Antonius defendit. Cicero lib. 2. de Oratore pag. 164. 165.

---

652. C. MARIVS, IIII.
Q. CATVLVS.
Archias Poëta Romam uenit.
Cimbri duobus prælijs uicti.

---

653. M. AQVILIVS. Bellum ſeruile in Sicilia con-
C. MARIVS V. fecit, poſteà repetundarum
accuſatus, ab Antonio Oratore defenſus eſt, pagin. 164. de Oratore, & initio VII. Verrinæ.

---

654. C. Marius VI. Q. METELLVS NV-
L. Valerius Flaccus. MIDICVS in exilium
ſponte cedit L. Appuleio SATVRNINO Trib. pl. legem Agrariam ferenti. Qui eodem anno, cum Glaucia prætore, qui Equitibus Iudicia reſtituit, interfectus eſt.

Leges Appuleiæ, Agrária, Maieſtatis, de colonijs, latæ.

IVLIVS CÆSAR natus 12. Iulij.

---

655. M. ANTONIVS Orator, auus Triumuiri.
A. Poſthumius Albinus.

L. Lici-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis 659. L. LICINIVS CRASSVS Orator.

Q. MVTIVS SCÆVOLA IVRISPERITORVM *eloquentiſsimus, & eloquentium Iuriſperitiſsimus, Pont. Max. totum ius ciuile certa methodo in libros* 18. *redegit. Huius* ὅρων *ſeu Definitionum liber aliquoties in ff. citatur.*

Lex Licinia *& Mutia, de peregrinis Iure ciuitatis Romanæ priuandis, & in ſuas ciuitates redigendis, lata.*

662. P. Claudius Pulcher.

M. Perpenna.

L. Craſſus Cenſor *cum* Cn. Domitio.

P. RVTILIVS Rufus *innocens repetundarum damnatus eſt.* Inde *certamen de* IVDICIIS *ab equeſtri ordine rurſus ad Senatum transferendis.*

663. L. MARTIVS PHILIPPVS.

S. IVLIVS Cæſar, *Dictatoris patruus.*

M. Liuius DRVSVS *Tribunus plebis legem tulit, ut iudicia æqua parte penes Senatum & equeſtrem ordinem eſſent. ac ut populum ſibi adiungeret, tulit leges Agrarias, & Italicis promiſit ciuitatem. His legibus aduerſabatur*

Anno Vrbis 663. Philippus COS. Ex hoc certamine BELLVM SOCIALE cum populis Italicis exarſit.

Ludorum Romanorum diebus, initio Septembris, L. Craſſus, & ſocer illius Q. Mutius Scæuola, M. Antonius, Q. Catulus, & adoleſcentes, C. Cotta, & Ser: Sulpitius, in Tuſculano, de omni ratione dicendi colloquuntur, in tribus Dialogis de Oratore Ciceronis.

---

664. L. Iulius Cæſar, patruelis C. Cæſaris, patris Dictatoris.

P. Rutilius Lupus. Lex Varia Maieſtatis, à Q. Vario Trib. pl. lata, ut quæreretur de his, quorum ope, conſilióue ſocij Italici arma contrà populum Romanum cepiſſent.

---

665. Cn. Pompeius Strabo Magni pater.

L. Portius Cato, patruus Catonis Vticenſis.

LEX PLAVTIA PAPIRIA à M. Plautio Sillano & C. Papirio Carbone Trib. pl. lata, ut ciuitas ijs daretur, qui fœderatis ciuitatibus adſcripti fuiſſent. Cicero pro Archia.

Lex Plautia, Iudiciaria, à M. Plautio Trib. pl. lata, cuius Cicero pro Balbo, & ad Atticum meminit.

Cicero Iuris ciuilis ſtudio multum operæ dat Q. Scæuolæ, P. F.

L. Corn.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis 666. L. Corn. SYLLA.
Q. Pompeius.

Contentio inter Marium & Syllam, de bello aduerſus Mithridatem: quo in Græciam copias mittente, PHILO Academicus cum Athenienſium optimatibus Romam profugit: Quem in Philoſophia Cicero audiuit.

667. L. Corn. Cinna,
Cn. Octauius.

cùm pernicioſas leges per uim ferret, à collega urbe pulſus, accerſiuit Marium ex Africa, & adiuncto Sertorio, & Carbone, Vrbem Romam obſedit: eaq; dedita, tres Oratores, M. Antonium, C. Iulium Cæſarem, Q. Catulum: Labeonem Antiſtium Iuriſc. & alios nobiles uiros interfecit.

C. Cotta, Curio pater, M. Craſſus, & alij ad Syllam fugiunt.

Cicero Moloni Rhodio operam dat.

673. M. Tullius Decola.
Cn. Corn. Dolabella.

SYLLA DICTATOR, Leges & iudicia Romæ reſtituit.

Cicero Quintium defendit coràm Aquilio Gallo iudice.

ORATIO pro S. ROSCIO Amerino à Cicerone habita.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis	
674.	L. Cornelius SYLLA. Q. Metellus Pius. LEGES CORNELIÆ, de Iudicijs ab equeſtri ordine ad ſolum Senatum transferendis: de Magiſtratibus in Prouincijs: de Sacerdotibus non per populum, ſed collegia eligendis: de Iuris dictione Prætorum, ut ex Edictis perpetuis ius dicerent: item, Maieſtatis, Repetundarum, Falſi, de Sicarijs &c. à L. Cornelio Sylla latæ ſunt.
675.	P. Seruilius Iſauricus. Appius Claudius Pulcher. Cicero Athenis, ſex menſes, apud Antiochum Academicum, Philoſophiæ operam dat. Deindè totam Aſiam peragrat.
676.	M. Æmylius Lepidus, acta Syllæ conatus reſcindere, à Catulo collega pulſus eſt. Q. CATVLVS filius. Sylla mortuus. Cicero tota minore Aſia & Rhodo peragrata, Romam redijt.
679.	L. Aurelius COTTA Orator. L. Octauius. CICERO QVÆSTOR. Hortenſius Ædilis Curulis.
680.	L. LVCVLLVS dux belli contrà Mithrid. M. Aurel. Cotta. Verres Prætor Vrb. CICERO PRÆTOR SICILIÆ.

Cicero

Anno Vrbis

681. C. Caßius Varus.

M. Terentius Lucullus.

VERRES Prouinciam Siciliam triennium prædatur.

---

683. P. Cornelius Lentulus, octennio pòſt, inter coniuratos Catilinæ in carcere necatus.

Cn. Aufidius Oreſtes.

---

684. Cn. POMPEIVS MAGNVS.

M. Licinius CRASSVS.

Actiones in VERREM Ciceronis.

VIRGILIVS Poëta natus.

---

685. Q. HORTENSIVS Orator.

Q. Cecilius Metellus.

CICERO ÆDILIS CVRVLIS.

CICERO PRÆTOR Vrbanus orationem pro L. MANILIA & pro CLVENTIO habuit.

C. AQVILIVS GALLVS Iuriſc. Prætor cũ Cicerone, qui eum in oratione pro Cæcinna honorificentißimè prædicat.

---

690. L. Iulius Cæſar ſobrinus Dictatoris.

C. Martius Figulus.

Syria in prouinciam redacta.

Anno Vrbis | EPISTOLÆ Ciceronis ad ATTICVM, deinceps continuam hiſtoriam pertexunt.

Tullia Ciceronis filia C. Piſoni deſponſata.

---

691 M. TVLLIVS CICERO.

C. Antonius Hybrida, M. Antonij Oratoris filius, Triumuiri patruus.

Orationes, de lege Agraria, pro Rabirio perduellionis reo (Dion lib. 37.) in L. Catilinam, pro MVRENA, & aliæ dictæ.

Cæſar Prætor.

P. Lentulus Ædilis curulis.

Catilinæ coniuratio detecta.

Auguſtus Cæſar natus eſt 23. Septemb..

Ieroſolyma à Pompeio capta (anno 60. antè Chriſtum natum,) & Hyrcano II. ſummum Sacerdotium confirmatum eſt. Apud hunc in magna autoritate fuit Antipater Herodis pater.

---

692. D. Iunius Syllanus. Cato Trib.pl.

L. Licinius Murena, pro quo conſule deſignato orationem Cicero habuit.

L. Flaccus Aſiæ Prætor.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis

L. Piſo Calphurnius, Peripateticus lib. 5. de Finibus.

693. L. Valerius Meſſala.

Pompeij Triumphus die 30. Septemb.

P. Clodius in feſto Bonæ Deæ, domi Cæſaris deprehenſus. Iudicium, in quo Clodius abſolutus, Senec. lib. 16. Epiſtol. 98. Q. Cicero Aſiæ Prætor triennium. Oratio pro L. Flacco.

Q. Catulus princeps Senatus obijt.

---

694. L. Afranius.

Q. Cecilius Metellus, obſiſtens actis Pompeij à Trib. pl. in carcerem ductus eſt.

Cæſar reconciliat Craſſum & Pompeium. Vide Epiſt. 13. ad Atticum.

---

695. C. IVLIVS CAESAR.

M. CALPHVRNIVS Bibulus.

P. Vatinius Tribunus plebis.

Lex de agro Campano, & de Gallijs à Cæſare adminiſtrandis lata.

Iulia Cæſaris filia Pompeio nubit.

C. Octauius, Auguſti pater, Nolæ obijt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno
Vrbis

	L. Piſo ſocer Cæſaris.
	A. Gabinius.
696.	Bellum Gallicum à Cæſare inchoatum.
	Cato in Cyprum miſſus.
	CICERO in exilium pulſus, antè Idus Aprilis.
	Q. Cicero ex Aſia redijt.
697.	P. LENTVLVS, Ciceronem reuocauit, qui pridie Non. Septemb. Romam redijt. Q. Metellus Nepos. Orationes pòſt reditum in Senatu, ad Quirites, pro Domo ſua, de Aruſpicum reſponſis &c. habitæ.
698.	C. Lentulus Marcellinus.
	L. Martius Philippus, Auguſti uitricus, Socer Catonis, qui uxorem Martiam cedit Hortenſio.
	Conuentus Lucæ.
	Ptolemæus Auletes regno eiectus, à Senatu Romano ſe reſtitui petit. Hinc Epiſtolæ ad P. Lentulum Proconſulem Ciliciæ, lib. 1. Familiarium.
	Cato redit ex Cypro.
	Oratio pro P. Seſtio habita.

Cn.

Anno Vrbis.

699. Cn. POMPEIVS.

M. CRASSVS. *Tres libri de Oratore ſcripti, & de Republica inchoati.*

Ptolemæus Rex in Ægyptum reductus à Gabinio & Antonio, quem fideliter adiuuit Antipater Herodis pater. Ioſephus lib. 14. cap. 12.

Tullia Craßipedi nupta.

---

700. L. Domitius. Cato Prætor.

App. Claudius Pulcher.

Oratio in L. Piſonem ſcripta.

Epiſtola ad Lentulum longa, lib. 1.

Epiſtolæ ad Trebatium, lib. 7.

M. Craſſus Templum Ieroſolymitanum ſpoliat, & paulò pòſt à Parthis interficitur.

---

701. Cn. Domitius.

M. Valerius Meſſala.

Clodius à Milone interfectus eſt.

Epiſtolæ ad Curionem ſcriptæ, lib. 2.

Appius Claudius præſes Ciliciæ.

IVLIA *Cæſaris filia Pompeio nupta obijt.*

C.Pom-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis | C. POMPEIVS Magnus, ſolus.

Milo damnatus die 8. Aprilis.

702. Lex dicta, ut ratio abſentis Cæſaris in Conſulatu haberetur: repugnante Catone: ſed aſſentiente Pompeio.

Oratio pro C. RABIRIO Poſthumo dicta.

---

703. SERVIVS SVLPITIVS Iuriſp.

M. Claud. Marcellus.

Cicero in prouinciam Ciliciam profectus eſt menſe Iunio.

Epiſtolæ primæ lib. 15. & Cœlij lib. 8. & ad Cœlium lib. 2. & ad Appium Pulchrum lib. 3. Famil. ſcriptæ.

---

704. L. Æmylius Paulus.

C. Claudius Marcellus patruelis M. Marcelli.

L. Piſo Cenſor.

CVRIO Trib. plebis.

Hortenſius Orator mortuus.

Tullia Dolabellæ nupta.

705.

C. CL. Marcellus II. INITIVM BELLI CIVILIS.

L. Lentulus Cruſtellus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis. M. Antonius & Q. Caßius Trib. pleb. urbe pulſi ad Cæſarem confugiunt.

Pompeius cum COSS. in Græciam fugit.

Cæſar Hiſpaniam occupat, & Maßyliam expugnat. Epiſtolæ lib. 7. 8. 9. 10. ad Atticum ſcriptæ.

---

706. C. IVLIVS CÆSAR II.

P. Seruilius Iſauricus:

Prælium Pharſalicũ, quo tempore Cicero Dyrrachij fuit.

Pompeius Cal. Octobris interfectus.

Cæſar Alexandriam uenit, ibiq; totos nouem menſes cunctatur.

---

707. Q. Fuſius Calenus.

P. Vatinius.

Cæſar Dictator abſens in Aegypto manſit, uſq; ad Iulium menſem.

Cicero Brunduſij reditum Cæſaris expectat, lib. 11. Epiſt. ad Atticum.

---

708. C. IVLIVS CÆSAR III.

M. Ae-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis 708. M. Æmylius Lepidus.

Prælium in Africa cum Scipione & Iuba.

Cato ſibijpſe mortem conſciſcit Vticæ.

Seruius Sulpitius Proconſul Achaiæ, ad quem Epiſtolæ in 4. Familia.

Oratio pro M. MARCELLO habita.

Tullia Ciceronis filia obijt.

Hoc tempore cœpit CIcero ſcribere libros, de claris Oratoribus, Oratorem, de Finibus, Academicas, Tuſculanas Quæſtiones, de Natura Deorum &c. Vide ad Atticum lib. 13. & Exordium lib. 2. de Diuinatione.

Epiſtolæ ad Torquatum & Cecinnam, lib. 6.

ANNI emendatio à Cæſare facta.

---

709. C. IVLIVS CÆSAR IIII.

C. Fabius Maxi. mortuus in hoc conſulatu. Caninius unum diem COS. ſuffectus. Quo Conſule nemo Romæ pranſus eſt.

ANNI IVLIANI forma publicè in orbe Romano uſurpari cœpit.

Prælium ad Mundam cum Pompeij filijs, 17. Martij.

Oratio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis	
	Oratio pro Ligario & Rege Deiotaro dicta. Epiſtolæ ad Papirium Pætum, lib.9.
710.	C.IVLIVS CÆSAR V. cui die 15. Martij interfecto, ſucceßit P. Dolobella. M.ANTONIVS. Libri de Diuinatione & Fato ſcripti A.Hircio COS. deſignato. Cicero in Græciam ad filium nauigaturus, aduerſo uento in Italiam reijcitur, lib. 16. ad Atticũ. Epiſto. 333. 334. In eo itinere ſcripſit TOPICA ad Trebatium. Reuerſus, tres libros DE OFFICIIS ad filium Athenis uiuentem miſit.
711.	A. HIRCIVS. C.PANSA. His ad Mutinam cæſis, ſucceßit C. Octauianus Auguſtus, & Q. Pedius. Orationes PHILIPPICÆ in Antonium dictæ. Epiſtolæ ad Plancum lib. 10. & ad D. Brutum lib. 11. & Caßium lib. 12. Famil. ſcriptæ.

Circa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Anno Vrbis 712.

Circa finem anni, M. Antonius, Auguſtus, & Lepidus, Triumuiri, *ad* Bononiam *reconciliati, aduerſarios ſuos, & in his* M. Ciceronem *proſcripſerunt.*

OVIDIVS Poëta *natus eſt* 20. Martij.

Lugdunum Galliæ *ab exulibus*, Vienna *pulſis, conditum.* Dion *lib.* 46.

2. M Æmylius Lepidus.
Cn. Munatius Plancus.

CICERO *cùm compleuiſſet annum ætatis* 64. *initio huius anni, per* Popilium, *iuſſu* Antonij, *interfectus eſt. Caput & manus amputatæ, pro roſtris affixæ ſunt: cùm prius* Fuluia *uxor* Antonij, *linguam ex interfecti capite extractam, aciculis pupugiſſet: anno antè Chriſtum natum* 40.

TITV-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

MARCI TVLLII CICERONIS, CATO MAIOR, SEV DE SENECTVTE, AD T. POMPONIVM ATTICVM.

PRænomen eſt proprium cuiuſq; perſonæ, quo velut nota propria vnusquiſq; ab alijs eiuſdem patris filijs diſcernitur, vt Marcus eſt nomen proprium Ciceronis oratoris, quo à fratre Quinto diſtinguitur. Nomen, familiæ ſeu gentis commune eſt, vt Tullius. CICERO, cognomen.

Propoſui autem initiò prælectionis librorum de Officijs Tabellam annorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Vitæ, Honorum, rerum in republica geſtarum, & Scriptorum M. Tullij Ciceronis: Quæ vna cum tota hiſtoria vitæ ipſius, à Plutarcho ſapienter deſcripta, omnibus latinæ linguæ amantibus & ſcriptorum Ciceronis ſtudioſis, notiſsima ſit.

Natus eſt Cicero ante natalem Chriſti anno 103. CONSVL Romæ Catilinam oppreſsit, anno 60. ante Chriſtum natum, quo ipſo anno etiam Pompeius Ieroſolymam occupauit, & Iudæam Romanis ſubiecit. Interfectus eſt iuſſu Antonij, Triumuiri anno 40. ante Chriſtum, cùm ante annum, tres libros de officijs, & quadriennio ante mortem, hunc libellum de Senectute ſcripſiſſet.

CATO MAIOR ſeu CENSORIVS anno 230. ante Chriſtum natus eſt. Obijt anno Vrbis Romæ 605, ante natum Ciceronem 43. ſicut paulo antè in Tabella Chronologica, anni ortus, honorum & mortis illius annotati ſunt, Et tota vitæ Catonis hiſtoria peculiari libro à Plutarcho expoſita eſt. Pueri inſigne hoc Encomium magnitudinis ingenij & eloquen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

eloquentiæ ac virtutum ipſius, à Liuio Dec. 4. Lib. 9. expreſſum ediſcant.

Omnes Patricios plebeioſq́ nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. in hoc viro tanta vis animi ingenijq́ fuit, vt quocunq́ loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur. nulla ars neq́ priuatæ neq́ publicæ rei gerendæ ei defuit: Vrbanas, ruſticasq́ res pariter callebat. ad ſummos honores, alios ſcientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit: huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres, quodcunq́ ageret. in bello manu fortiſſimus multisq́ inſignibus clarus pugnis: idem poſteaquam ad magnos honores peruenit, ſummus imperator: idem in pace, ſi ius conſuleres, peritiſſimus: ſi cauſa oranda eſſet, eloquentiſſimus. nec ita tantum, vt eius lingua viuo eo viguerit, monumentum eloquentiæ nullum extet. viuit imo, vigetq́ eloquentia eius, ſacrata ſcriptis omnis generis, Orationes & pro ſe & pro alijs multæ, & in alios, nam non ſolum accu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſando, ſed etiam cauſam dicendo fatigauit inimicos. ſimultates nimio plures & exercuerunt eum, & ipſe exercuit eas, nec facile dixeris, vtrum magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Aſperi procul dubio animi, & linguæ acerbæ & immodicè liberæ fuit. ſed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ: contemptor gratiæ, diuitiarum: in parſimonia, in patientia laboris, periculiq́ꝫ, ferrei propè corporis animiq́ꝫ: quem ne ſenectus quidem, quæ ſoluit omnia, fregerit: qui ſextum & octogeſimum annum agens cauſam dixerit, ipſe pro ſe orauerit, ſcripſeritq́ꝫ, nonageſimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium &c.

Nominatur autem CATO MAIOR, vt diſcernatur à pronepote, Catone Vticenſe, Ciceronis & Pompeij amico, qui poſt Scipionis & Iubæ exercitus in Africa deletos, ſibi ipſi mortem Vticæ conſciuit, anno 40. ante natum Chriſtum.

Studioſis GENEALOGIA CATONVM nota ſit.

SERI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

SERIES FAMILIÆ
CATONVM

M. Portius, Vir bonus & fortis à filio laudatur.

M. Portius CATO CENSORIVS, quem de Senectute diſputantem Anno Vrbis 604. Cicero introducit: Tuſculi natus eſt, A. V. 521. anno 10. poſt finem primi belli Punici. CONSVL fuit A.V. 559. CENSOR A.V. 570.

Duas Coniuges habuit: quarum

Prior Licinia — Poſterior Salonia

L. Æmylius Paullus uictor Perſei.

Æmylia Catonis filio nupta. — M. CATO, qui in bello contra Perſeum Regem Macedoniæ egregia uirtutis opera ediderat: in prætura obijt antepatrem. A V. 602.

M. CATO Salonius anno ætatis paternæ 75. natus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

M. CATO nepos, COS. A. V. 636.

C. CATO COS. A. V. 640.

Q. CATO COS. A. V. 665.

M. CATO cuius Cicero in 3. offic. meminit amicus Syllæ: Trib. pleb. fuit, & præturam petens obijt. Coniugem habuit Liuiam Liuij Druſi ſororem.

M. CATO qui cum ædilis & prætor fuiſset, in Gallia Narbonenſi obijt.

M. CATO VTICENSIS, rigidi ſeruator honeſti, Pompeij & Ciceronis amicus, Prætor fuit A. V. 700. Poſt interfectum Pompeium, & uictum Scipionem ac Iubam, Vticæ in Africa ſibijpſi mortem conſciuit, A V 708.

Cepio frater Vticenſis, Æni in Thracia obijt.

Portia Vxor L. Domitij Ænobarbi COS. A. V. 700.

Seruilia uterina ſoror Catonis, nupta D. Iunio Syllano, qui anno proximo poſt Ciceronē COS. fuit A. V. 692. Hæc M. Bruti mater fuit. Nam D. Syllanus, Bruti utiricus fuit

Seruilia nupta L. Lucullo, et ab eo repudiata.

M. CATO in Philippenſi prælio cum Bruto perijt.

PORCIA primum M. Bibulo: Deinde M. Bruto nupta. — *M. BRVTVS.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Ad Titum Pomponium Atticum) equeſtri genere Romæ natum, Ciceronis amicum, qui, cum initio belli ciuilis Syllani, Athenas ſeceſsiſſet, continuos ferè 20. annos ibi commoratus, tandem anno Vrbis 689. Romam rediens, Attici cognomen accepit. Ad hunc ſexdecim Libri Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum ſcripti ſunt. Tota Pomponij Attici vita, per Cornelium Nepotem deſcripta, Exemplum eſt, viri verè BONI, benefici ac humani, congruens ad vetus dictum: Χρηστὸς ἀνὴρ κοινὸν ἀγαθὸν. *Et* ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη. *Ideo diligenter à ſtudioſis legatur in fine Tomi III. operum Ciceronis.*

O Tite, ſi quid ego adiuto, curamue leuaſſo, Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa, Ecquid erit præmi? Licet enim verſibus eisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium vir ille, haud magna in re, ſed fide plenus. quanquam certò ſcio, non vt Flaminium ſollicitari te Attice ſic noctes dieſq́;. Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem: teq́; non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed etiam humanitatem & prudentiam intelligo, Et tamen ſuſpicor iiſdem rebus te quibus meipſum, interdum grauius commoueri: quarum conſolatio & maior eſt, & in aliud tempus differenda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Nunc autem mihi viſum eſt, de Senectute aliquid ad te ſcribere. Hoc enim onere (quod mihi tecum commune eſt) aut iam vrgentis, aut certè aduentantis ſenectutis, & te & meipſum leuari volo: etſi te quidem id modeſte, ac ſapienter, ſicut omnia, & ferre, & laturum eſſe, certo ſcio. Sed mihi, cum de Senectute vellem aliquid ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo vterq; noſtrum communiter vteretur. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam, & iucundam ſenectutem. Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit Philoſophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. Sed de cæteris & diximus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

multa, & ſæpe dicemus. Hunc vero librum de Senectute ad te miſimus. Omnem autem ſermonem tribuimus, non Tithono, vt Ariſto Chius, ne parum eſſet autoritatis tanquam in fabula: ſed M. Catoni, ſeni, quo maiorem auctoritatem haberet oratio. apud quem Lælium & Scipionem fecimus admirantes, quod is tam facilè Senectutem ferret, iiſq́; eum reſpondentem. Qui ſi eruditius videbitur diſputare, quàm conſueuit ipſe in ſuis libris, attribuito græcis literis, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. Sed quid opus eſt plura? iam enim ipſius Catonis ſermo explicabit noſtram omnem de Senectute ſententiam.

PRAE-

PRAEFATIO continet Dedicationem & argumentum libelli, cuius hæc ſumma eſt. Dedico tibi, Tite Pomponi, Libellum de Senectute. Hanc Propoſitionem ornat venuſtà Catachreſi ſeu vſurpatione verſuum, quibus ὁμώνυμον *Tito Pomponio Attico, Titum Quintium Flaminium Ennius appellat.*

Fuit autem CONSVL Titus Flaminius. A. V. 556. quo Philippum Regem Macedoniæ debellauit, & ciuitatibus Græcis libertatem reſtituit.

Si quid ego adiuto) *Forma eſt verbi Frequentatiui, quod vel aſſiduitatem vel conatum ſignificat: à Supino, adiutum, adiuto. Quod ſi pro adiuto, legas adiuro, futurum erit modi Subiunctiui, qui ſignificatum Indicatiui maximè repræſentat: vel etiam Modi potentialis, cuius eadem cum Subiunctiuo vox, ſed diuerſa ſignificatio eſt. Ita congruet tempore, & modo, cum ſequenti verbo, LEVASSO, quod eſſe futurum coniunctiui modi exempla vetera oſtendunt,*

quorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

quorum multa in Legibus Ciceronis extant. Quum magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitue, penes populum multæ pœnæ certatio eſto. Quod is qui bellum gerit, imperaſſit, ius ratumq́ue eſto. Magiſtratus non obedientem & noxium ciuem multa, vinculis, verberibusq́ue coercento, ni par maiorue poteſtas, populusq́ue prohibeſſit, ad quos prouocatio eſto.

CVRA, & mentis cogitationem intentam, de re aliqua efficienda, vel malo auertendo, & triſticiam ac dolorem & cruciatum cordis, cum mentis cogitatione coiunctum ſignificat. Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Cura quod cor vrat & cruciet. Ideo concinna metaphora vſus eſt in verbo coquit.

Et verſat ſub pectore fixa) *Congruit cum verſibus Virgilianis, quibus Homericum verbum μερμήριξεν expreſſit. At pius ÆEneas per noctem plurima voluit, Atq́ue animum nunc huc celerem,*

nucn

nunc diuidit illuc, In parteſq; rapit varias, perq; omnia verſat.

Flaminium) COS. A. V. 556. victorem Philippi Regis Macedonum.

Vir haud magna in re) non opulentus, non locuples, ſed plenus fidei, quæ eſt veritas & conſtantia in beneuolentia & ſeruandis promiſsis & pactis.

Sollicitari te Attice ſic noctes & dies) Sapientiſsima vitæ Regula eſt, quam Chriſtus Matth. 6. tradidit, quæ iubet primum quærere regnum Dei, nec eſſe ſollicitum de craſtino. h. primùm præſentia & neceſſaria vocationis officia prælucente vero Timore Dei & fide ſedulo facere. Deinde à Deo petere & expectare ſalutares ſucceſſus. Poſtremo præſentia incommoda & moleſtias, quotidie vocationẽ comitantes, placide & moderate ferre, nec ſtulta polypragmoſyne, aut præpoſtera ſapientia propter incertas ſpes aut metus futurorum euentuum, noſmetipſos curis, angoribus & ærumnis non neceſſarijs implicare.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Tu præſens cura, Domino committe futura. moderationem animi tui) non efferentis ſe in rebus ſecundis nec ſuccumbentis dolori in rebus aduerſis. Æquitatem) ἐπιείκειαν moderatè & placidè ferentē præſentia incommoda, καὶ τὰ παρόντα στέργουσαν. Athenis) quæ πάσης ἑλλάδος παίδευσις à Thucydide nominatur, Quò commigrauit Pomponius tempore tumultus Cinnani A. V. 667. Rediјt autem Romam biennio ante conſulatum Ciceronis A. V. 689. diſtant Athenæ à Roma 195. mill: German. Nomen habent ab Ἀθηνᾶ ſeu Pallade conditrice. Hodie Sethin appellatur.

Humanitatem etiam) Humanitas eſt copulatio iuſticiæ cum alijs virtutibus mitioribus cum Manſuetudine, comitate, modeſtia, beneficentia, affabilitate, æquitate & ſimilibus. Cornelius Nepos: Humanitatis Pomponij Attici nullum adferre maius teſtimonium poſſum, quàm quòd adoleſcens idem ſeni Syllæ fuerit iucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M. Bruto. cum æqualibus autem ſuis Q. Hor-

Q. Hortenſio & M. Cicerone ſic vixerit, vt iudicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſsimus: quanquam eum præcipue dilexit Cicero, vt ne frater quidem ei Quintus charior fuerit aut familiarior. Ei rei ſunt iudicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt æditi, ſexdecim volumina epiſtolarum ab conſulatu eius vſq; ad extremum tempus ad Atticum miſsarum, quæ qui legit, non multum deſiderat hiſtoriam contextam eorum temporum.

Prudentiam) *cuius pars aliqua eſt tantum præſentia & neceſſaria vocationis officia ſedulo facere & præſentes moleſtias placide ferre, nec ſtulto fremitu & impatientia plus mali accerſere,* καὶ μὴ θεομαχεῖν, μηδὲ προσάγειν τῷ πράγματι χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ᾽ ἀναγκαίους φέρειν.

Iiſdem rebus te quibus me ipſum) *mutatione & euerſione Reipublicæ in bello ciuili Iuliano.*

Hoc enim onere, quod mihi tecum commune eſt, iam vrgentis

ſenectu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſenectutis) Cum enim hunc libellum Cicero ſcriberet, annum ætatis 61. ingreſſus erat A. V. 708. Pomponius Atticus triennio maior natu fuit. Scribit enim Cornelius Nepos, eum completis 77. annis, pridie calend. Aprilis obiiſſe, A. V. 722. anno 10. poſt interfectum Ciceronem.

Tithono) filio Laomedontis Regis Troiani ab Aurora amati, à qua longiſſimam vitam impetrauit. Virgilius, Tithoni croceum linquens Aurora cubile,

Vt Ariſto Chius) Philoſophus, Zenonis ſtoici auditor, floruit circa annum mundi 3700. annis 230. ante Ciceronē. Creberrima eius mentio fit à Cicerone lib. 2. 3. 4. & 5. de Finibus, & in Tuſcul. 5. & proœmio officiorum. Item à Seneca Epiſtola 95.

quò maiorem authoritatem) .i. fidem haberet oratio. Fundamentum auctoritatis eſt eximia virtus, ſapientia, doctrina &c. Terminus eſt aliorum hominum exiſtimatio, tribuens alteri præſtantiam virtutis, ideoq; fidem ei habens & obtemperans.

SAEPE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Sæpe numero mirari ſoleo cum hoc C. Lælio, tum cæterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectàmq; ſapientiam, tum vel maximè, quod ſenectutem tuam nunquam tibi grauem eſſe ſenſerim: quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt, vt onus ſe Aetna grauius dicant ſuſtinere. CA. Rem haud ſanè Scipio, & Læli, difficilem admirari videmini: Quibus enim nihil opis eſt in ipſis ad ad bene, beatèque viuendum, ijs omnis grauis eſt ætas: qui autem omnia bona à ſe ipſis petunt, ijs nihil poteſt malum videri, quod naturæ neceſſitas afferat: quo in genere in primis eſt ſenectus: quam vt adipiſcantur, omnes optant: eandem accuſant adepti. tanta eſt inconſtantia, ſtultitia, atque peruerſitas. Obrepere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

aiunt eam citius, quàm putaſſent. pri-
mùm, quis coëgit eos falſum putare?
quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus,
quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit?
deinde, qui minus grauis eſſet ijs ſe-
nectus, ſi octingenteſimum annum
agerent, quàm octogeſimum? præ-
terita enim ætas, quamuis longa, cum
effluxiſſet, nulla conſolatione per-
mulcere poſſet ſtultam ſenectutem.
quocirca, ſi ſapientiam meam admi-
rari ſoletis, quæ vtinam digna eſſet
opinione veſtra, noſtròque cogno-
mine: in hoc ſumus ſapientes, quòd
naturam optimam ducem, tanquam
deum, ſequimur, eique paremus: à qua
non verſimile eſt, cum cæteræ partes
ætatis bene deſcriptæ ſint, extremum
actum tanquam ab inerti poëta eſſe
neglectum. ſed tamen neceſſe fuit eſſe
aliquod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

aliquod extremum, & tanquam in arborum baccis, terræq́ frugibus, maturitate tempeſtiua quaſi vietum, & caducum: quòd ferendum eſt molliter ſapienti. quid enim eſt aliud gigantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? LÆ. Atqui, Cato, gratiſſimum nobis, vt etiam pro Scipione pollicear, feceris, ſi quoniam ſperamus, & volumus quidem ſenes fieri, ante multo à te didicerimus, quibus facilimè rationibus ingraueſcentem ætatem ferre poſſimus. CA. Faciam verò Leli, præſertim ſi vtriq́ veſtrum gratum, vt dicis, futurum eſt

Sæpenumerò mirari ſoleo excellentem M. Cato Sapientiam) Sapientia in genere ſignificat veram notitiam rerum præcipuarum & maximarum, vt DEI, naturæ rerum, præcepto-

rum de moribus. Propriè autem & in ſpecie Ciceroni Sapientia eſt ars benè viuendi ſeu ſcientia regendi conſilia & actiones vitæ, vt cum recta ratione ſeu lege naturæ congruant. Ac vt in ſacris literis Sapientia non nudam Dei notitiam ſed coniunctam cum vero timore Dei, & totius vitæ obedientia ſignificat: ita in Ciceronis libris Philoſophicis, ÿdem ſunt ſapientes & viri boni, omnibus videlicet virtutibus inſtructi & ornati.

Quod ſenectutem, quæ pleriſq; ſenibus ſic odioſa eſt,) Quæſtio ſeu Status totius diſputationis: An Senectus per ſe ſit odioſa & miſera? Reſpondet primum in genere: Nihil malum & miſerum videri debere, quod naturæ neceſſitas adferat. Senectutem autem vſitato naturæ ordine iuuenili ætati ſuccedere. Ideo non miſeram aut odioſam haberi oportere. Deinde culpam moleſtiarum Sene-

ctutis

ſtutis transfert ab ætate in mores ſenum.

Onus ſe Ætna grauius) Euripides in Hercule furente: τὸ δὲ γῆρας ἀεὶ βαρύτερον Αἴτνης σκοπέλων.

Quibus nihil opis eſt in ipſis) Qui non ſunt ſapientes & virtute præditi: ſeu quorum animi non ſunt doctrina & virtute inſtructi. Hæc enim hominis propria bona ſunt: non corporis vires, aut forma, aut fortunæ ludibria, quæ non ſunt in noſtra poteſtate.

Ad benè beateq́ viuendum) Benè & beatè viuere iuxta Philoſophos eſt ſecundum naturam viuere. h. congruenter legi naturæ viuere. Iuxta Chriſtianos eſt rectè agnoſcere verum DEVM, & Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, & certò credere, ſe DEO placere, & hæredem eſſe vitæ æternæ propter Chriſtum, & prælucente hac fide, DEO in omnibus vitæ conſilijs & actionibus lætum obedire.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Beatitudo eſt fruitio ſummi boni. Iuxta Ciceronem eſt, ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.

Qui omnia bona à ſe ipſis petunt) Sapientes, qui non à corpore & fortuna, ſed à proprio animo, doctrina & virtute exculto, omnia vitæ præſidia petunt: qui vires, valetudinem, diuitas, honores, opes contemnunt, eaq́; quæ his contraria ſunt, pro nihilo ducunt, & ſola virtute contenti ſunt. Nam cui viro ex ſeipſo (melius ex DEO) apta ſunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario, pendere ex alterius euentis, & errare coguntur, huic optimè viuendi ratio comparata eſt. Hic eſt ille moderatus, hic fortis, hic ſapiens, hic & naſcentibus & cadentibus cum reliquis commodis, tum maximè liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri. &c. Nos in doctrina Chriſtiana nihil ad benè & beate viuendum pertinens, à nobis ipſis, ſed omnia à ſolo filio DEI Domino noſtro IESV Chriſto extrinſecus nobis per verbum oblata & donata accipimus

cipimus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

cipimus * 1. Cor. 1. Chriſtus nobis factus eſt ſapientia & iuſtitia, vt qui gloriatur, in DEO glorietur: Ex plenitudine eius omnes accepimus. Item Sine me nihil poteſtis facere. Item Non ſumus idonei ad cogitandum aliquid ex nobis, ſed omnis idoneitas noſtra ex DEO eſt.

Sapienti nihil poteſt malum videri, quod naturæ neceſsitas adfert) Hæc Maior Syllogiſmi eſt.

Quo in genere inprimis eſt ſenectus) Minor. DEVS hunc ordinem in natura inſtituit, vt adoleſcentiam ſequatur Senectus: Senectutem Mors. Ergò hæc non ſunt habenda in malis.

Si octingenteſimum annum agerent) vt Seth, Enos, Cainam, Malalehel, Mathuſalem, nongentiſsimum annum ſuperarunt, & tamen mortui ſunt.

Quàm ſi octogeſimum) vt Plato, Albertus Magnus, & in hac vrbe collega noſter Conradus Pegelius.

Partes ætatis) Infantia, pueritia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Adoleſcentia, Iuuentus, Virilis ætas, Senilis, decrepita.

Extremum actum) *Quintum continentem cataſtrophen comicam vel Tragicam. Vniuſcuiuſq; autē hominis vita eſt fabula comtca vel Tragica, ſuam protaſin, Epitaſin & cataſtrophen habcns: cuius imago in Poëtarum fabulis expreſſa eſt. Vt enim eadem hominum Natura manet, ita eadem ingenia, conſilia, negotia, euentus etiam & calamitates ſimiles in mundo manent: ſed tantum Actores fabulæ ſingulis ætatibus noui ſuccedunt, ac mutato nomine de te fabula narratur.*

Gigantum more cum Dijs pugnare) *Fabula de Gigantibus nota eſt ex lib: 1. Metamorphoſeon Ouidij.*

Scip. Volumus ſane, niſi moleſtum eſt tibi Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendum ſit, iſtuc, quo perueniſti, videre quale ſit. CA. Faciam vt potero, Læli: ſæpe enim interfui

querelis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

querelis méorum æqualium (pares autem cum paribus veteri prouerbio facilime congregantur) quas C. Salinator, quas Sp. Albinus, homines conſulares, noſtri fere æquales deplorare ſolebant: tum quod voluptatibus carerent, ſine quibus vitam nullam putarent: tum, quod ſpernerentur ab ijs, a quibus eſſent coli ſoliti, qui mihi non id videbantur accuſare quod eſſet accuſandum: nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſu euenirent, reliquiſq; omnibus maioribus natu: quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela, qui ſe a libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferrent. nec a ſuis deſpicerentur. ſed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate: moderati enim, nec difficiles ſenes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

nec in humani tolerabilem agunt ſe-nectutem: importunitas autem, & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. LÆ. Eſt, vt dicis, Cato: ſed fortaſſe dixerit quiſpiam, tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem ſenectutem videri, id autem non poſſe multis contingere. CA. Eſt iſtud quidem Læli aliquid, ſed nequaquam in iſto ſunt omnia: vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam, in iurgio reſpondiſſe, cum ille dixiſſet, non illum ſua, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſecutum: nec hercle, inquit, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis: nec ſi tu Athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes. quod eodem modo de ſenectute poteſt dici: nec .n. in ſumma inopia leuis eſſe ſenectas poteſt, ne ſapienti quidem: nec inſipienti

enti

enti in ſumma copia non grauis. Aptiſsima omnino ſunt Scipio, & Læli arma ſenectutis, artes, exercitationeſque virtutum, quæ in omni ætate cultæ, cùm multùm, diuq́; vixeris, mirificos afferunt fructus: non ſolum quia nunquam deſerunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id maximum eſt) verumetiam quia conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundiſsima eſt.

Volumus ſane Cato, tanquam viam aliquam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum ſit) *Tota ſequens pagina in hoc libello, ferè ad verbum tranſſcripta eſt ex Platonis proœmio in libros de Republica: cuius partem, ea quoq; de cauſa, adſcribam, quia Themiſtoclis, Seriphio reſpondentis apophthegma ab alijs aliter recitari ſolet.*

Χαίρω

Χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις. δοκεῖ γὰρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τίς ἐστι. τραχεῖα καὶ χαλεπὴ, ἢ ῥαδία καὶ εὔπορος. καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην, ὅ, τι σοι φαίνεται τοῦτο. ἐπεὶ δὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασιν εἶναι οἱ ποιηταὶ, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις.

Ἐγώ σοι ἔφη νὴ τὸν Δία ἐρῶ ὦ Σώκρατες, οἷόν γε μοι φαίνεται. πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταυτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες, καὶ ἀναμιμνησκόμενοι περί τε τἀφροδίσια, καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας, καὶ ἄλλ' ἄττα ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται. καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι. καὶ τότε μὲν, εὖ ζῶντες. νῦν δὲ, οὐδὲ ζῶντες. ἔνιοι δὲ, καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται. καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν ὦ Σώκρατες οὗτοι, οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. εἰ γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν ἕνεκά γε γήρως, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐν-

θαῦτα

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ταύτῃ ἦλθον ἡλικίας. νῦν δ᾽ ἐγὼ ἤδη ἐντε-
τύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι καὶ ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ
Σοφοκλεῖ ποτε τῷ ποιητῇ παρεγενόμην ἐρωτω-
μένῳ ὑπό τινος· Πῶς ἔφη ὦ Σοφόκλεις ἔχεις
πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ᾽ εἶ γυναικὶ συγγί-
γνεσθαι; Καὶ ὅς, εὐφήμει ἔφη ὦ ἄνθρωπε. ἀσ-
μενέστατα μέν τοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυ-
τ τῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών
Εὖ οὖν μοι καὶ τότε ἔδοξεν ἐκεῖνος εἰπεῖν, καὶ
νῦν οὐχ ἧττον. παντάπασι γὰρ τῶν γε τοιούτων ἐν
τῷ γήρᾳ, πολλὴ εἰρήνη γίνεται καὶ ἐλευθερία.
ἐπειδὰν γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνου-
σαι καὶ χαλάσωσι παντάπασι τὸ τοῦ Σοφοκλέ-
ους γίνεται. δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἐστὶ καὶ μαι-
νομένων ἀπηλλάχθαι. ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι
καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους, μία τις αἰτία ἐστὶν,
οὐ τὸ γῆρας ὦ Σώκρατες, ἀλλ᾽ ὁ τρόπος τῶν ἀν-
θρώπων. ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ
τὸ γῆρας μετρίως ἐστὶν ἐπίπονον. εἰ δὲ μὴ, καὶ γῆ-
ρας ὦ Σώκρατες καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιού-
τῳ ξυμβαίνει.

Καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα,
βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν, ἐκίνουν, καὶ εἶ-
πον. ὦ κέφαλε. οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς ὅταν ταῦ-
τα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι. ἀλλ᾽ ἡγεῖσθαί σε
ῥᾳδίως

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. τοῖς γὰρ πλουσίοις, πολλὰ παραμύθια φασὶν εἶναι. Ἀληθῆ ἔφη λέγεις. οὐ γὰρ ἀποδέχονται. καὶ λέγουσι μέν τι. οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται. ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι᾽ αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο. ὅτι, οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ᾽ ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος. ὅτι, οὔτ᾽ ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τοι ῥᾳδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ᾽ ὁ μὴ ἐπιεικὴς πλουτήσας εὔκολός ποτ᾽ ἂν ἑαυτῷ γένοιτο.

Atqui inquam ego. o Cephale, valde quidem delector ſenilibus ſermonibus. Videtur enim mihi audire ab his oportere, qui viam aliquam iam perfecerint, quæ & nobis fortaſſe peragenda erit, quàm aſpera, & difficilis, vel quàm facilis ſit & peruia. Atq; ex te libenter audirem, quid nam de hac re ſentias, cùm huc ætatis perueneris, quod in limine ſenectutis

eſſe

eſſe poëtæ aiunt. Vtrum difficultatem vitæ, vel quomodo ipſum enuncies? Ego tibi per Iouem, inquit, dicam o Socrates, quod mihi videtur. Sæpe conuenimus pleriq; ferme æquales, antiquum illud ſeruantes prouerbium. Plurimi ergo noſtrum in eo cœtu lamentantur, voluptatum, quibus in iuuentute frui licuit, deſiderio affecti, & rem veneream & conuiuia cæteraq; generis eiuſdem recordati, grauiterq; ferunt, tanquam maximis priuati rebus: & tum quidem ſe bene vixiſſe affirmant, nunc autem ne viuere quidem. Nonnulli etiam domeſticorum connitia contumeliasq; deplorant, & in hoc ſenectutem maxime accuſant, tanquàm maximorum ſibi cauſam malorum.

Mihi autem huiuſmodi homines haud iure ſenecturem vt horum cauſam culpare videntur. Nam ſi hæc cauſa eſſet, & ego eadem eſſem paſſus propter Senectutem, & reliqui omnes qui ad id ætatis deuenerunt. verum ego etiam multos non ita adfectos inueni, & cum Sophocle nonnunquam fui Poëta: qui cum à quodam,

quonam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

quonã pacto in venereis ſe haberet, interrogaretur, & an poſſet mulieribus admiſceri, recte reſpondit: Bona verba quæſo ò amice: libentiſsime hæc tanquam furioſum agreſtemq́ dominum aufugi. Perbellè igitur & tunc illi reſpondiſse mihi viſus eſt, & nunc non minus. Omninò enim ab huiuſmodi rebus in ſenectute multa pax ineſt & libertas. Quando enim deferbuerunt iam ceſſaueruntq́ libidines, omnino hoc Sophocleum accidit: nam à multis dominis & his inſanientibus liberamur. Sed o Socrates, & eorum quæ aduerſus familiares dicuntur, vna quædam cauſa eſt, non ſenectus, ſed mores hominum. nam ſi modeſti, & faciles ſint, haud nimis ſenectus his laborioſa contingit. Sin contra, & Senectus, & iuuentus ò Socrates his difficilis.

Tum ego mirifice his quæ dicebat delectatus, pluraq́ audire cupiens, ita eum ad reliqua prouocaui. Exiſtimo profecto ò Cephale, multos, cum ita dicas minime hæc admittere: verùm putare facile ſenectutem ferre te propter diuitias potius quam

quàm propter mores, diuitibus enim multa ſolatia adeſſe dicunt. Vera, inquit, dicis. Non enim admittunt, & dicunt quidem aliquid, non tamen quantum dici poſſet. Verùm illud Themiſtoclis pulchre ſe habet, qui Seriphio cuidam ſibi per contumeliam obijcienti, quod non per ſe ipſum, ſed eius patriam, tantam eſſet gloriam conſecutus, ita reſpondit. Equidem ſi ipſe Seriphius eſſem, in eadem gloria viuerem: tu vero ſi Athenienſis, minime. Idem quoq; aduerſus eos, qui cùm non ſint diuites, grauiter ſenectutem ferunt, dici poteſt, quod neq; vir ipſe modeſtus iniquè ſenectutem ferret cum paupertate, neq; immoderatus cum diuitijs facile.

C. Salinator) *COS. A. V. 566.*

Sp. Albinus) *COS. A. V. 568.*

Themiſtoclem ferunt Seriphio) *ſicut Seriphus vilis & contempta inſula egregium & præſtantem virum non obſcurat nec reddit ignobilem: & ciuitas Attica ignauum non reddit celebrem: ita nec ſapienti ſumma inopia leuem reddit*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſenectutem, nec inſipienti ſumma copia non grauem. Sed à Platone, Plutarcho & aliјs, dictum Themiſtoclis his verbis recitatur. Nec ſi ego Seriphius eſſem, nobilis, nec ſi tu Athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes. Significat enim, patriam, etſi aliquid momenti ad celebritatem & gloriam adferat: tamen ſolam non ſufficere. Sic diuitiæ etſi aliquantum ſenectutis moleſtias leuant: tamen ſolæ eas tollere nequaquam poſſunt.

Aptiſſima ſunt arma Senectutis Artes exercitationeſq́; virtutum & conſcientia benè actæ vitæ, multorumq́; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt) Platonis verba ſunt, ὃς ἂν δικαίως ϗ ὁσίως τὸν βίον διαγάγοι, γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα ἡ γηροτρόφος συναορεῖ ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμην κυβερνᾷ.

Ego quidem Q. Maximum, eum qui Tarentum recepit, adoleſcens ita dilexi ſenem, vt æqualem: erat enim in illo viro comitate condita grauitas: nec ſenectus mores mutauerat. quan-

quam

quam eum colere cœpi non admodum grandem natu, ſed tamen iam ætate prouectum. anno enim poſtquam primum Conſul fuerat, ego natus ſum: cumq́ue eo quartum Conſule adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam, quintoq́ue anno poſt ad Tarentum Quæſtor: deinde Aedilis, quadriennio poſt factus ſum Prætor, quem magiſtratum geßi Conſulibus Tuditano, & Cethego, cum quidem ille admodum ſenex ſuaſor legis Cinciæ de donis & muneribus fuit. hic & bella gerebat, vt adoleſcens, cum plane grandis eßet: & Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. de quo præclare familiaris noſter Ennius:

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem:
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Ergo poſtq; magisq; uiri nunc gloria claret,

Tarentum vero qua vigilantia, quo conſilio recepit? cum quidem me audiente Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti: mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: certè, inquit, ridens, niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem. Nec vero in armis præſtantior, quàm in toga: qui Conſul iterum Sp. Caruilio collega quieſcente, C. Flaminio Tribuno pl. quoad potuit, reſtitit, agrum Picenum, & Gallicum viritim contra ſenatus autoritatem diuidenti: Augurq́; cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reipub. ſalute gererentur: quæ contra Remp. fierent, contra auſpicia fieri. Multa in eo viro præclara cognoui: ſed nihil eſt admirabilius, quàm quo modo ille mortem Marci filij tu-

lit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

lit, clari viri & conſularis. Eſt in manibus viri laudatio: quã cum legimus, quem Philoſophum non contemnimus? nec verò ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, ſed intus, domique præſtantior. qui ſermo? quæ præcepta? quanta noticia antiquitatis? quæ ſcientia iuris, augurij? multæ etiam, vt in homine Romano, literæ: omnia memoria tenebat non domeſtica ſolum, ſed etiam externa bella: cuius ſermone ita tum cupide fruebar, quaſi iam diuinarem id, quod euenit, illo extincto fore, vnde diſcerem, neminem. Quorſum igitur hæc tam multa de Maximo? quia profecto videtis, nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem. nec tamen omnes poſſunt eſſe Scipiones, aut Maximi, vt vrbium expugnati-

ones, vt pedeſtres, naualeſúe pugnas, vt bella à ſe geſta, vt triumphos recordentur. Eſt enim quiete, & pure, & eleganter actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus: qualem accepimus Platonis, qui vno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt: qualem Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea: cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos: neq; vnquam in ſuo ſtudio, atque opere ceſſauit. qui, cum ex eo quæreretur, cur tamdiu vellet eſſe in vita, nihil habeo, inquit, quod accuſem ſenectutem. præclarum reſponſum, & docto homine dignum. ſua enim vicia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem con-

ferunt:

ferunt: quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius:

Sicut fortis equus, ſpacio qui ſæpe ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Equi fortis & victoris ſenectuti comparat ſuam: quem quidem probe meminiſſe poteſtis. anno enim vnde-uigeſimo poſt eius mortem hi conſules, T. Flaminius, & M. Attilius, facti ſunt: ille autem Cæpione, & Philip-po iterum Conſulibus mortuus eſt, cum ego quidem quinq;, & ſexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus ſuaſiſſem. annos ſeptuaginta natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, pauper-tatem & ſenectutem, vt eis pene de-lectari videretur.

EXEMPLIS ſenum Fabij Maximi, Platonis, Gorgiæ, Socratis & En-nij con-

nÿ confirmat culpam moleſtiarum Senectutis, non in ætate ſed, moribus Senum exiſtere.

Q. Maximum qui Tarentum recepit) tempore ſecundi belli Punici A. V. 545. Vita Q. Fabÿ Maximi à Plutarcho integre deſcripta legatur.

Comitate) Comitas eſt morum quædam humana & ornata ſuauitas. vel virtus inclinans nos, vt in familiaribus colloquÿs, in alÿs compellandis, in audiendo, in reſpondendo, in officÿs præſtandis, ſine moroſitate & faſtidio noſtram erga alios beneuolentiam, tempeſtiuis ſermonibus & vultu ac geſtibus, cumquadam ſuauitate declaremus.

Grauitas eſt idem qoud Iuſticia Vniuerſalis coniuncta cum conſtantia & ſpecie graui, naturæ, perſonis, temporibus locis &c. conueniente.

Anno poſt quàm primum COS. fuerat) A. V. 520.

Ego natus ſum) A. V. 521.

cumq;

Cumq́; eo quartum COS.) *A. V. 540. anno quinto ſecundi belli Punici.*

Ad Capuam) *Campaniæ metropolin, quæ à Romanis ad Hannibalem defecerat Liuius Dec. 3. lib. 5. & 6.*

Quintoq́; anno poſt) *A. V. 545.*

Ad Tarentum) *Calabriæ vrbem, in extrema Italiæ ora, in eo tractu, qui magna Græcia olim dicebatur. Tarentini enim, cum ob pulſatos Romanorum legatos bellum eis indictum eſſet, Pyrrhum Regem Epirotarum in Italiam accerſiuerunt. Florus lib. 12. Poſtea à Romanis victi, & libertate donati, bello Punico ad Hannibalem defecerunt A. V. 542. Liuius dec. 3. lib. 5. Recepta eſt autem vrbs à Q. Fabio Maximo Dec. 3. lib 7.*

Quæſtor) *Primus anno poſt exactos Reges 63. à populo creatus, vt rem militarem comitaretur et rem pecuniariam in bellis adminiſtraret, & prædam ac manubias in rationes publicas referret.*

Poſtea conſtituti Quæſtores vrbani

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

vel ærarij, qui ærarium curabant, eiusq́; pecunias expenſas & acceptas referebant.

Deinde) *A. V. 546.*

AEDILIS curator publicorum ædificiorum, vrbis, annonæ, ludorumq́; ſolennium.

PRÆTOR) *Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariùe iubeat. Is iuris ciuilis cuſtos erat.*

COS S. Tuditano & Cethego) *A. V. 550.*

Suaſor Legis Cinciæ) *latæ à M. Cincio, qua cauebatur, vt patrocinia, quæ tenuioribus præſtabantur, gratuita eſſent, ac ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumùe acciperet.*

Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat) Dec 3. *lib.* 2. *& deinceps.*

Vnus homo nobis cunctando) τὸ ἐπειχθῆναι τίκτει σφάλματα: ἐν δὲ τῷ ἐπισχεῖν ἔνεστι ἀγαθὰ, εἰ μὴ παραυτίκα δοκέοντα εἶναι

εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον εὕροι τὶς ἂν, *id eſt. Feſtinatio improuida & cæca infelix eſt, cunctatio autem inhibens errantes animi impetus, magnas Vtilitates adfert, quas, etiamſi in præſentia non ſtatim apparent, tamē ſuo tempore aliquis certo comperiat.*

Tarentum quo conſilio (.i proditione) recepit) Dec. 3. lib. 7.

Niſi tu amiſiſſes non recepiſſem) Iocus ex natura correlatiuorum.

Conſul iterum Sp. Ceruilio) A. V. 541.

Optimis auſpicijs ea geri) εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Mortem M. Filij & conſularis) A.V. 541. Quo mortuo filium P. Aemylij adoptauit, qui dictus eſt Maximus Aemylianus. Inde nomen Maximiliani, extitiſſe putatur, quod præſtantiſſimas duas Romanorum familias complectitur.

Platonis, qui vno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt) anno Mundi 3618. anno 15. Philippi Macedonis,

cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

cum natus eſſet anno Mundi 3538. anno tertio belli Peloponneſiaci, die 7. Aprilis.

Iſocratis) *patre Theodoro nati, aliquot annis ante bellum Peloponnenſiacum, in cuius natura Philoſophiam ineſſe Socrates in extremo Phædro ait. obijt anno ætatis 98. anno Mundi 3626.*

Eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur) *iu quo res geſtas & virtutem ciuitatis Atticæ prædicat.*

Cuius magiſter Leontinus Gorgias) *Leontinorum vrbs in Sicilia, Ionum colonia fuit. GORGIAS qualis Rhetor fueri, tdemonſtrat Plato in dialogo de Rhetorica, cui titulum fecit Gorgias.*

Hi COSS. T. Flaminius & M. Attilius) *A. V. 604. anno proximo ante initium Tertij belli Punici.*

Cepione & Philippo iterum COSS.) *Ennius Poëta mortuus eſt A. V. 585. Conſules fuerunt Q. Seruilius Cepio & Q. Martius Philippus II.*

Legem

Legem Voconiam) latam à Q. Voconio ſaxa Tribuno plebis, ne quis cenſus hæredem fœminam faceret aut vnicam filiam. ſed certam ſummam ei tantum legaret: reliquum ad viros agnatos, vel alios hæredes iuſtitutos perueniret.

Etenim, quantum complector animo, quatuor cauſſas reperio, cur ſenectus miſera videatur: vnã, quòd auocet à rebus gerendis: alteram, quòd corpus faciat infirmum: tertiam, quòd priuet omnibus fere voluptatibus: quartam, quòd haud procul abſit à morte. Earum, ſi placet, cauſſarum quantum quæque valeat, quantumq́; iuſta ſit vnaquæq; videamus. A rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? an ijs, quæ iuuentute geruntur, & viribus? nullæne igitur res ſeniles ſunt, quæ vel infirmis corporibus, animo tamen adminiſtrentur? nihil igitur

tur agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus pater tuus Scipio, ſocer optimi viri filij mei? cæteri ſenes, Fabricij, Curij, Coruncani, cum Remp. conſilio, & autoritate defendebant, nihil agebant? ad App. Claudij ſenectutem accedebat etiam, vt cæcus eſſet: tamen is, cum ſententia ſenatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, que verſibus perſecutus eſt Ennius:

Quo uobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementi ſeſe flexere ruina:

Cæteraq; grauiſsime, notum vobis enim carmen: & tamen ipſius Appij extat oratio. atque hæc ille egit ſeptem & decem annis poſt alterum Conſulatum, cum inter duos Conſulatus anni decem interfuiſſent, Cenſorq; ante

Conſula-

Conſulatum ſuperiorem fuiſſet: ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem ſane fuiſſe: & tamen ſic à patribus accepimus. nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verſari ſenectutem negant: ſimileſq; ſunt, vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cum alij malos ſcandant, alij per foros curſitent, alij ſentinam exhauriant: ille autem clauum tenens, ſedeat in puppi quietus. non facit ea, quæ iuuenes, at vero multo maiora, & meliora facit. non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntnr, ſed conſilio & autoritate, & ſententia: quibus non modo non orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet. niſi forte ego vobis, qui & miles, & Tribunus, & Legatus, & Conſul verſatus

ſum

ſum in vario genere bellorum, ceſſare nunc videor, cum bella non gero: at ſenatui, quæ ſunt gerenda, præſcribo, & quomodo Carthagini malè iam diu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuncio. de qua non ante vereri deſinam, quàm illam exciſam eſſe cognouero. quam palmam vtinam dij immortales tibi Scipio reſeruent: vt aui reliquias perſequare, cuius à morte hic tertius & trigeſimus eſt annus: ſed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. anno ante me Cenſorem mortuus eſt, nouem annis poſt meum Conſulatum: cum Conſul iterum, me conſule creatus eſſet. num igitur, ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? nec enim excurſione, aut ſaltu, nec eminus haſtis, aut comminus

minus

minus gladijs vteretur, ſed conſilio, ratione, ſententia. quæ ni eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent ſenatum. apud Lacedæmonios quidem ij, qui ampliſsimum magiſtratum gerunt, vt ſunt, ſic etiam appellantur ſenes. Quod ſi legere, & audire voletis externa: maximas Reſp. per adoleſcentulos labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas reperietis. Cedo, qui veſtram Remp. tantam amiſiſtis tam cito? Sic enim percunctanti, vt eſt in Næuij ludo, reſpondentur & alia & hæc inprimis:

Proueniebant oratores noui, ſtulti, adoleſcentuli.

Temeritas eſt videlicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis. At memoria minuitur: credo, niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura tardior. Themiſtocles omnium ciuium nomina per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ceperat: num igitur cenſetis eum, cum ætate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſſet Lyſimachum ſalutare ſolitum? equidem non modo eos noui, qui ſunt, ſed eorum patres etiam, & auos. nec ſepulcra legens, vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum: nec vero quenquam ſenum audiui oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. Omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, quibus ipſi debeant. Quid iuriſconſulti, quid Pontifices, quid Augures, quid Philoſophi ſenes? quam multa meminerunt.

PROPOSITIO ET PARTITIO TOTIVS APOLOGIAE PRO SENECTVTE in quatuor capita: Quorum diſpoſitionem in argumento recitaui.

Nihil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Nihil igitur agebat Q. Maximus) cuius vitæ hiſtoriam paulo ante ſummatim expoſuit. CONSVL fuit A. V. 520. 526. 539. 540. 545.

Nihil Lu. Paulus pater tuus ô Scipio) L. Aemylius Paulus, Scipionis Aemyliani, qui Chartaginem deleuit, pater, COS. I. fuit A. V. 572. COS. II. Perſeum Regem Macedoniæ victum & captum in triumpho duxit A. V. 586. Huius (nati patre L. Aemylio Paulo, qui in pugna Cannenſi COS. III. interfectus eſt A. V. 538.) Filia, M. Catoni, filio Catonis Cenſorij, nupta fuit, quem Cicero in Officijs, egregia virtutis opera in bello contra Perſeum edidiſſe ſcribit. obijt autem ante patrem in prætura anno Vrbis 702.

Fabricij, Curij, Coruncani) tempore Belli cum Pyrrho Rege Epirotarum ſimul vixerunt, annis 42. poſt Alexandri Magni mortem.

C. Fabricius Luſcinus COS. I. A. V. 471. cum Pyrrho Epirotarum Rege conflixit. COS. II. A. V. 475. transfugam à

 Pyrrho,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Pyrrho, pollicentem ſe Regi venenum daturum, cum indicio ad eum remiſit. COS. III. 480.

M. Curius Dentatus COS. I. A. V. 463. de Samnitibus & Sabinus triumphauit. COS. II. 478. III. 479. Pyrrhum Italia expulit.

Tib. Coruncanus COS. A. V. 473.

Ad Appij Claudij ſenectutem)

Huius vitæ hiſtoriam Liuius lib. 9. 10. 12. recitat.

Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus cum Pyrrho faciendum) *A. V. 474.*

Alcetas

Alcetas

Neoptolemus — *Arybbus*

PHILIPPVS 24. annis. Huius res geſtas Diodorus Siculus lib. 16. integre exponit. — OLYMPIAS mater Alexandri magni.

Alexander Rex Epiri, in Italia interfectus eſt.

Alcetas — *Æacides*

PYRRHVS *Rex Epirotarum*, qui cum Romanis bellum geßit, *anno* 42. poſt mortem Alexandri Magni.

17. *annis poſt alterum conſulatum) quem geſſerat A. V.* 457.

Cenſorq́;) A. V. 442.

Ante conſulatum ſuperiorem) A. V. 447.

Vt ſi qui gubernatorem) den Stüerman. *Malos)* die maſt. *Foros)* die Kubrücken.

Non viribus res magnæ geruntur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſed conſilio) Sophocles. οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς οὔτ᾽ εὐρύνωτοι ἄνδρες ἀσφαλέστατοι.

Ἀλλ᾽ οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.

Euripides: Λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον ἢ σθένει.

Huc pertinent Orationes Aiacis & Vlyſsis in 13. Metamorphoſeos. Item diſputatio in 1. Officiorum, An Senator ſit præſtantior bellatore.

Ego & miles) ad Capuam & Tarentum.

Tribunus) in bello contra Antiochũ Aſiæ Regem ad Thermopylas A.V. 563.

Conſul) in Hiſpaniјs A. V. 559. Hiſtoriæ integræ legantur in vita Catonis apud Plutarchum.

Quomodo Chartagini bellum inferatur) Plutarchus in vita Catonis. Florus lib. 48. 49.

Aui reliquias) P. Scipionis Africani, à quo Hannibal victus & Carthago tributaria facta eſt, A.V. 552.

Cuius à morte) A.V. 569.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Ante me Cenſorem) *A. V. 570.*
Meum conſulatum) *A. V. 559.*
Scipio conſul iterum) *A. V. 560.*
Eminus) *è longinquo.*

Cominus) *è propinquo*, ἐγγύθεν, συσταδὸν.

Apud Lacedæmonios Senes) γερουσία *28. ſenum. Plutarchus in vita Lycurgi.*

Maximas Reſpublicas per adoleſcentulos labefactatas) *Polybius lib. 2. pag: 43.* Νέοι θυμοῦ ἀλογίστου πλήρεις, ἄπειροι παντὸς κακοῦ καὶ πάσης περιστάσεως, αὖθις ἤρξαντο τὰ καθεστῶτα κινεῖν.

Næuij Poetæ) *Floruit inter primum & ſecundum bellum Punicum. ſcripſit carmine hiſtoriam primi belli Punici, & Comoediam antiquam, liberè & acerbè mores ciuium potentiorum nominatim etiam taxantem.*

Prudentia ſenectutis) οἷς δὲ γέρων μετέησι, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει, ὅπως ὄχ᾽ ἄριστα μετ᾽ ἀμφοτέροισι γένοιτο.

Themiſtocles & Ariſtides, tempore belli Xerxis Anno mundi 3485. Anno Vrbis Romæ 273. floruerunt. Vtriusq; vita à Plutarcho deſcripta eſt.

Lyſimachum) fuit pater Ariſtidis.

Vadimonia conſtituta) diem quo in Iudicio comparere debent, cum debitores vel alios in ius vocant.

Manent ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium, & induſtria: nec ea ſolum in claris, & honoratis viris, ſed in vita etiam priuata, & quieta. Sophocles ad ſummam ſenectutem Tragœdias fecit. qui propter ſtudium cum rem familiarem negligere videretur, à filÿs in iudicium vocatus eſt, vt, quemadmodum noſtro more malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet, ſic illum, quaſi deſipientem, à re familiari remouerent iudices. tum ſenex dicitur eam

fabulam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

fabulam, quam in manibus habebat, & proximè ſcripſerat, Oedipum Coloneum recitaſſe iudicibus, quæſiſſeque, num illud carmen deſipientis videretur: quo recitato, ſententijs iudicum eſt liberatus. num igitur hunc, num Heſiodum, num Simonidem, num Steſichorum, num, quos ante dixi, Iſocratem, Gorgiam, num Homerum, num Philoſophorum principes Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num poſtea Zenonem, Cleanthem, aut eum quem vos etiam Romæ vidiſtis, Diogenem Stoicum coegit in ſuis ſtudijs obmuteſcere ſenectus? an non in omnibus his ſtudiorum agitatio vitæ æqualis fuit? Age, vt iſta diuina ſtudia omittamus: poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos vicinos, & familia-

res meos, quibus abſentibus nunquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non ſerendis, non percipiendis fructibus, non condendis. quanquam in ijs hoc minus mirum: nemo enim eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe viuere. ſed ijdem laborant in ijs, quæ ſciunt nihil ad ſe omninò pertinere:

Serunt arbores, quæ alteri ſeculo proſint,

ut ait Statius noſter in Synephebis. Nec vero dubitet agricola quamuis ſenex, quærenti, cui ſerat? reſpondere: Dijs immortalibus, qui me non accipere tantummodo hæc à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere. Melius Cæcilius de ſene alteri ſeculo proſpiciente: quàm illud idem:

Aedepol ſenectus, ſi nihil quicquam aliud uicij
Apportet ſecum, cum aduenerit: unum id ſatis eſt,
Quod diu uiuendo, multa, quæ non uult, uidet:

& multa fortaſſe, quæ vult. atq; in

ea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ea quidem, quæ non vult, ſæpe etiam adoleſcentia incurrit. illud vero idem Cæcilius vicioſius:

Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum,
Sentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri.

Iucundum potius, quam odioſum. Vt enim adoleſcentibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectantur, leuiorq́; fit eorum ſenectus, qui à iuuentute coluntur, & diliguntur: ſic adoleſcentes ſenum præceptis gaudent, quibus ad virtutum ſtudia ducuntur. nec minus intelligo me vobis, quam vos mihi eſſe iucundos. Sed videtis, vt ſenectus non modo languida, atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa & ſemper agens aliquid, & moliens, tale ſcilicet, quale cuiuſq; ſtudium in ſuperiore vita fuit. Quid, quod etiam addiſcunt aliquid: vt Solonem in verſibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſibus gloriantem videmus, qui ſe, quotidie aliquid addiſcentem, ſenem fieri dicit: vt ego feci, qui Græcas literas ſenex didici. quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens: vt ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nunc exemplis vti videtis. quod cum feciſſe Socratem in fidibus audirem; vellem equidem & illud: (diſcebant enim fidibus antiqui) ſed in literis certè elaboraui.

SOPHOCLES Poëta tempore belli Peloponneſiaci ſenex fuit. Oedipum Coloneum Iudicibus recitauit anno ætatis 92. Σοφοκλῆς τραγῳδοποιὸς, ῥῶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη, πεντε, καὶ ενενηκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος, ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, παρανοίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει, ὥστε δικαστὰς, τὸν μὲν, ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δε τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.

Heſio-

Heſiodus & Homerus ante Romam conditam vixerunt annis 150.

Simonidem) *Poëtam, natum in inſula Cea, Andro vicina: qui ab Olymp. 56. vſq; ad 78. vixit annos nouem & octoginta.*

Steſichorum) *Himeræum, Siculum, Poetam Lyricum. qui 56. Olymp. obijt, paulo ante reditum Iudæorum: cum annis 80. ante editis ſcriptis inclaruiſſet Olymp. 36.*

Pythagoram) *Samium, qui 80. annos vixit, & 26. Darij Hyſtaſpis, anno 12. poſt eiectos Roma reges obijt.*

Democritum) *qui tempore Artaxerxis longimani, Darij Nothi & Mnemonis vixit annos 104. vide Diogenem Laertium lib. 9.*

Socratem) *obijt anno ætatis 70. poſt recuperatas à Thraſybulo Athenas & victos 30. Tyrannos.*

Zenonem) *Cittieum ex Cypro, principem, Stoicorum, qui 98. annos vixit.*

Clean-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Cleanthem) natus Aſſi in litore minoris Aſiæ, Zenonis auditor & ſucceſſor. 99. annis vixit.

Quem vos etiam Romæ vidiſtis Diogenem ſtoicum) A. V. 599. in legatione Athenienſium, cum Carneade Academico, & Diodoro Peripapetico.

Statius) Statius Cæcilius in Gallia Ciſalpina natus, nobilis Comœdiarum ſcriptor, quem Volcatius Terentio & Plauto anteponit. Floruit cum Ennio, obijt anno Vrbis 586.

Solonem in verſibus gloriantem) Verſus recitatur à Plutarcho, Γηράσκω δε ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος;. Auguſtinus Epiſtola 28. Ad diſcendum quod opus eſt, nulla mihi ſera ætas videri poteſt. Quia etſi ſenes magis deceat docere, quàm diſcere, magis tamen diſcere, quàm quid doceant, ignorare.

Socratem in fidibus) Apud Platonem in Euthydemo Socrates inquit. Vereor ne his dedecori ſim, quemadmodum Conno Metrobij filio Cithariſtæ, qui me etiam nunc

nunc fidibus docet. Pueri igitur condiſci-puli me quotidie rident, & Connum ipſum ſenum magiſtrum nuncupant.

NEC nunc quidem vires deſidero adoleſcentis (is enim locus erat alter de vitijs ſenectutis) non plus quàm adoleſcens etiam vires tauri, aut elephantis deſiderabam. Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet, & qnicquid agas, agere pro viribus. Quæ enim vox poteſt eſſe contemtior, quàm Milonis Crotoniatæ: qui, cum iam ſenex eſſet, athletaſq́ ſe in curriculo exercentes videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymanſq́ dixiſſe:

At hi quidem iam mortui ſunt.

Non vero tam iſti, quàm tu ipſe, nugator: neq́ enim ex te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. Nihil Sex. Aelius tale, nihil

multis

multis annis ante T. Coruncanus, nihil modo P. Craſſus: à quibus iura ciuibus præſcribebantur, quorum vſq; ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. Orator, metuo, ne languescat ſenectute: eſt enim munus eius non ingenij ſolum, ſed laterum etiam, & virium. omninò canorum illud in voce ſplendeſcit etiam neſcio quo pacto in ſenectute, quod equidem non amiſi adhuc, & tamen videtis annos meos: ſed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus & remiſſus, facitq; perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis comta oratio, & mitis. quod ſi exequi nequeas, poſſis tamen Scipioni præcipere, & Lælio: quid enim eſt iucundius ſenectute ſtipata ſtudijs iuuentutis? anne eas quidem vires ſenectuti relinquemus, vt adoleſcentu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

leſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat? Quo quidem opere quid eſſe poteſt præclarius? Mihi verò Cn. & P. Scipiones, & aui tui duo L. Aemilius, & P. Africanus, comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quamuis conſenuerint vires, atq; defecerint: etſi iſta ipſa defectio virium adoleſcentiæ vicijs efficitur ſæpius, quàm ſenectutis. Libidinoſa etenim, et intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone, quem moriens habuit, cùm admodùm ſenex eſſet, negat ſe vnquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam, quàm adoleſcentia fuiſſet. Ego L. Metellum memini puer, qui cùm quadri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ennio poſt alterum Conſulatum Pontifex maximus factus eſſet, (viginti & duos annos ei ſacerdotio præfuit) ita bonis viribus eſſe in extremo tempore ætatis, vt adoleſcentiam non requireret. Nihil neceſſe eſt de me ipſo dicere mihi: quanquam eſt id quidem ſenile, ætatiq; noſtræ conceditur. Videtis nè, vt apud Homerum ſæpiſſime Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? Tertiam enim iam ætatem hominum uixerat: nec erat ei verendum, ne vera de ſe prædicans, nimis videretur aut inſolens, aut loquax. Etenim (vt ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad ſuauitatem nullis egebat corporis viribus: & tamen ille dux Græciæ nunquàm optat, vt Aiacis ſimiles decem habeat: at vt Neſtoris, quãdoq;.

doq;. Quod ſi acciderit, non dubitat, quin breui Troia ſit peritura.

Nec nunc quidem vires deſidero adoleſcentis) *Reſpondet ad ſecundum caput accuſationis.*

Aetas, quæ vires corporis infirmas reddit, miſera eſt. Senectus reddit ſenes infirmos: Ergo.

Reſpondet autem primùm ad Maiorem per inficiationem, quia nihil ducendum eſt miſerum, quod homini naturaliter inſitum eſt. At natura ipſa vires corporis maiores Tauro aut Elephanto dedit, quàm homini, & iuuenili ætati magis, quàm ſenili.

Deinde ad Minorem per diſtinctionem: Etiamſi vires corporis langueſcant, tamen animi & ingenij labores in ſenecta maximè vigent & florent. Id exemplis inſignibus multorum ſenum, Iuriſconſultorum, Oratorum, Regum, Pontificum, & aliorum demonſtrat.

Milonis Crotoniatæ) *Vixit tem-*

pore Darij Hiſtaſpis, Crotone in extrema Italiæ ora, quæ magna Græcia olim dicebatur. Fit eius mentio apud Herodotum in Thalia.

Ex te) *Mentis & animi bonis, ſeu ſapientia & virtute hominis propria.*

Lateribus) *viribus corporis & ſpiritu copioſo, qui intra latera à pulmonibus continetur.*

Lacertis) *ſignificat brachium, ſeu partem ab humeris, ad flexuram cubiti. Deinde muſculos ſeu toros ex neruis, carne & ligamentis confarctos & ſtipatos, quibus* τενοντες *ſeu chordæ alligatæ, immediatum organum ſunt motus localis.*

Nihil Sextus Ælius tale,) *Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus, conſul fuit cum T. Quintio Flaminio, A. V. 556.*

Laudatur à Pomponio Iuriſconſulto huius Aelij liber, qui inſcribitur Tripartita, qui velut cunabula iuris continuit. Tripartita autẽ dicitur, quoniam lege XII. Tabul: præpoſita, iungitur interpretatio, deinde ſubtexitur legis actio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Nihil multis annis ante T. Coruncanus) annis 83. ante Sex. Aelium CONSVL fuit, primus ex omnibus, qui ſcientiam Iuris nacti, Romæ Ius ciuile profeſſi ſunt.

Nihil modo P. Craſſus) Conſul fuit cum Scipione Africano, A. V. 549. Cenſor A. V. 566.

Canorum illud) quod in Neſtore Homerus prædicat, ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Γυλίων ἀγορητὴς, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Et in Menelao: παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως. Nam λιγυς canorum & facundum ſignificat.

Videtis annos meos) octoginta quatuor.

Compta) non nimium luxurians & actuoſa.

Quod ſi exequi munus Oratoris nequeas, poſſis tamen præcipere) id eſt, præcepta dare, ſeu in ſchola docere.

Scipioni & Lælio) ingenioſis, eru-

ditis, & diſcendi auidis, τοὺς συνετοὺς ἄν τις πείσειε τάχιστα λέγων εὖ.

Bonarum artium Magiſtri beati putandi) Paulus Iureconſultus L. 57. de Verb. Sign. Quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi Magiſtri appellantur: quin etiam & ipſi Magiſtratus, per deriuationem à magiſtris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet diſciplinæ præceptores Magiſtros appellari, à monendo, vel monſtrando.

CYRVS quidem) Rex Perſarum, qui primus Monarchiam Orientis à Medis ad Perſas transtulit, & Iudæis in Babylonia captiuis reditum in Iudæam conceſſit.

Apud Xenophontem) libro 8 παιδείας. pag. 233. Τοὐμὸν γῆρας οὐ δεπώποτε ᾐσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον. Meam Senectutem nunquam ſenſi ætate mea iuuenili infirmiorem fuiſſe.

L. Me-

L. Metellum, quadriennio poſt alterum conſulatum) L. Cæcilius Metellus CONSVL primùm A.V. 502. II. 506. Pontifex Max. anno Vrbis 510. factus eſt, annis vndecim ante natum Catonem. Vixit autem in Pontificatu annos 22. in vniuerſum annos 100. teſte Plinio lib. 7. Cap. 48.

Potuit igitur ſenem L. Metellum videre Cato, puer natus annos 10. Extat autem inſigne elogium huius L. Metelli, apud Plinium lib. 7.cap. 43.

Q. Metellus in ea oratione quam habuit ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli, pontificis, bis conſulis, dictatoris, magiſtri equitum, quindecimuiri agris dandis, qui primus Elephantos primo Punico bello duxit in triumpho, ſcriptum reliquit: decem maximas res optimasq́, in quibus quærendis ſapientes ætatem exigerent, conſummaſſe eum. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe, optimum Oratorem, fortiſsimum Imperatorem, auſpicio ſuo maximas res geri, maximo honore vti,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſumma ſapientia eſſe, ſummum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clariſsimum in ciuitate eſſe. Hæc contigiſſe ei, nec vlli alij poſt Romam conditam. longum eſt refellere & ſuperuacuum, abundè vno caſu refutante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit ſenectā, amiſsis incendio cum Palladium raperet æde Veſtæ, memorabili cauſa, ſed euentu miſero. Quo fit, vt infelix quidem dici non debeat, felix tamen non poſsit. Tribuit ei populus Rom: quod nunquàm vlli alij ab condito æuo, vt quoties in ſenatum iret, curru veheretur ad curiam: Magnum & ſublime, ſed pro oculis datum.

Apud Homerum ſæpiſsimè NESTOR de ſuis virtutibus prædicet) Iliados α. Ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν Ἀνδράσιν ὡμίλησα καὶ οὔποτε μ' οἵγ' ἀθέριζον. Et prolixius ιλ: λ. non procul à fine.

Tertiam

Tertiam enim iam ætatem hominū vixerat) annos 90.

Optat vt Neſtoris ſimiles decem habeat) ιλ: β. Ἄι γὰρ ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν, Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

Sed redeo ad me. Quartum annum ago & octogeſimum, equidem poſse vellem idem gloriari, quod Cyrus: ſed tamen hoc queo dicere, non me quidem his eſſe viribus, quibus aut miles Punico bello, aut Quæſtor in eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim, aut quadriennio pòſt, cùm Tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas M. Attilio Glabrione Conſule: ſed tamen, vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus: non curia vires meas deſiderat, non Ro-

 ſtra,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſtra, non amici, non clientes, non ho-
ſpites. Nec enim vnquam ſum aſſen-
ſus illi veteri, laudatoq; prouerbio,
quod monet, maturè fieri ſenem, ſi diu
velis eſſe ſenex. Ego verò me minus
diu ſenem eſſe mallem, quàm eſſe ſe-
nem, antequàm eſſem. Itaq; nemo
adhuc conuenire me ualuit, quin ſue-
rim occupatus. At minus habeo viriũ,
quàm veſtrum vteruis. Nec vos qui-
dem T. Pontij Centurionis vires ha-
betis. Num idcirco ille eſt præſtantior
vobis? Moderatio modò virium adſit,
& tantùm, quantùm quiſq; poteſt, ni-
tatur: næ ille non magno deſiderio
tenebitur virium. Olympiæ per ſtadi-
um ingreſſus eſſe Milo dicitur, cùm
humeris ſuſtineret bouem. Vtrum igi-
tur has corporis, an Pythagoræ tibi
malis vires ingenij dari? Deniq; iſto
bono

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

bono vtare, dum adſit: cùm abſit, ne requiras: niſi fortè adoleſcentes pueritiam, paululum ætate progreßi adoleſcentiam debeant requirere. Curſus eſt certus ætatis, & via vna naturæ, eáq; ſimplex: ſuáq; cuiq; parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. Vt enim infirmitas puerorum eſt, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis: ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. Arbitror te audire Scipio, hoſpes tuus Maſiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos natus: cùm ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere: cùm equo, ex equo non deſcendere: nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit: ſummam in eo eſſe corporis ſiccitatem: itaq; exequi omnia regis officia, &

munera.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

munera. Poteſt igitur exercitatio, & temperantia etiam in ſenectute conſeruare aliquid priſtini roboris. Non ſunt in ſenectute vires. Ne poſtulantur quidem vires à ſenectute. Ergo & legibus et inſtitutis vacat ætas noſtra muneribus ijs, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri. Itaq; non modò quod non poſſumus, ſed ne quantùm poſſumus quidem, cogimur. Et ita multi ſunt imbecilles ſenes, vt nullum officij, aut omnino vitæ munus exequi poßint. At id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed commune valetudinis. Quàm fuit imbecillis P. Africani filius, is qui te adoptauit? quàm tenui, aut nulla potius valetudine? Quòd niſi ita fuiſſet, alterum ille extitiſſet lumen ciuitatis. Ad paternam enim magnitudinem animi,

doctrina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

doctrina vberior acceſſerat. Quid mirum igitur in ſenibus, ſi infirmi ſunt aliquando, cùm ne id quidem adoleſcentes effugere poßint? Reſiſtendum Læli, & Scipio, ſenectuti eſt, et eius vitia diligentia compenſanda ſunt. Pugnandum tanquam contra morbũ eſt, ſic contra ſenectutem. Habenda ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis. Tantum cibi, & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Nec verò corpori ſoli ſubueniendum eſt, ſed etiam menti, atq; animo multò magis: nanq; hæc quoq;, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. Nam quos ait Cæcilius Comicus ſtultos ſenes, hos

ſignificat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſignificat, credulos, obliuioſos, diſſolutos: quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignauæ, ſomniculoſæ ſenectutis. Vt petulantia, vt libido magis eſt adoleſcentum, quàm ſenum, nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborum: ſic iſta ſenilis ſtulticia (quæ deliratio appellari ſolet) ſenum leuium eſt, non omnium. Quatuor robuſtos filios, & filias quinque, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & ſenex, & cæcus. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. Tenebat non modò autoritatem, ſed etiam imperium in ſuos: metuebant eum ſerui, verebantur liberi, charum omnes habebant: vigebat in ea domo patrius mos, & diſciplina. Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa

defendit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt, ſi vſq; ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. Vt enim adoleſcentem, in quo ſenile aliquid, ſic ſenem, in quo adoleſcentis eſt aliquid, laudamus: quod qui ſequitur, corpore ſenex eſſe poterit, animo nunquàm erit. Septimus mihi Originũ liber eſt in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: cauſarum illuſtrium, quaſcunq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. Ius Augurum, Pontificum, ciuile tracto: multùm etiã Græcis literis vtor: Pythagoræorumq́; more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. Hæ ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. In his deſudans, atq; elaborans, corporis vires non magnopere

deſidero.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

deſidero. Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroq; affero res multùm & diu cogitatas, easq; tueor animi, non corporis viribus. Quæ ſi exequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret meus ea ipſa cogitantem, quæ iam agere non poſſem: ſed vt poſſim, facit acta vita. Semper enim in his ſtudijs, laboribusq; viuenti non intelligitur, quando obrepat ſenectus. Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit: nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur.

Sed redeo ad me, &c. aut miles Punico bello) ſecundo, aduerſus Hannibalem.

Aut Quæſtor eodem bello) A. V. 545.

Aut Conſul in Hiſpania) A. V. 559.

Depugnaui apud Thermopylas) aduerſus Antiochum Magnum Aſiæ Regem.

M. Aci-

M. Acilio Glabrione COS.) A. V. 563.

Non curia) in Senatu. Curia curarum iuſticiæq́; domus.

Non roſtra) ex quibus ad populum Orationes haberi ſolebant. Fuit enim ſuggeſtus in foro Romano, cui roſtra nauium Antiatibus ademptarum affixa erant.

Maturè fieri ſenem) maturè abſtinere à iuuenilibus voluptatibus & libidinibus, quæ vires corporis eneruant: & valetudinis rationem diligentem habere: ſi cruda, viridiq́; ſenecta eſſe, & diu viuere velis.

Olympiæ) in Elide Peloponneſi regione.

Per ſtadium) quod Hercules vno ſpiritu confecit: pedum 625. Id vno ſpiritu Milo Crotoniates bouem ſuſtinens percurrit, poſtea bouem pugni ictu interfecit, & eodem die totum deuorauit.

An Pythagoræ) Philoſophi, qui Crotone in Italia multos annos vixit, & Milonis athletæ domo & hoſpitio vſus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Curſus eſt certus ætatis) *Pueri verſus Horatij de moribus ſingularum ætatum meminerint.*

Aetatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores.
Diuerſiſq; decor naturis dandus & annis.
Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis, canibusq́;, et aprici gramine campi,
Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq́; & amata relinquere pernix.
Conuerſis ſtudijs, ætas, animusq́; uirilis
Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori:
Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenē circumueniunt incommoda, uel quod
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timidè gelideq́; miniſtrat.
Dilator, ſpe longus, iners, auidusq́; futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorq́; minorum.

Maſiniſſa) *Rex Numidarum, amicus & hoſpes Scipionis Africani, & populi Romani ſocius, vixit tempore ſecundi & tertij belli Punici. Auus fuit Iugurthæ, quem*

Marius

Marius poſtea captum in triumpho duxit.

MASINISSA REX Numidiæ, obijt anno ætatis 92. anno vrbis Romæ 606. biennio ante deletam Chartaginem.

Micypſa — *Manaſtabiles* — *Guluſſa*

Adherbal — *Hiempſal* — *IVGVRTHA* — *Maſſiua*

Septimus mihi Originum liber eſt in manibus) *Horum primus Regum populi Romani, ſecundus & tertius ſingularum in Italia ciuitatum origines & antiquitates, quartus bellum Punicum primum, quintus ſecundum, ſextus & ſeptimus reliqua bella, uſq; ad A. V. 603. complexus eſt.*

Pythagoræorum more exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim) *Præceptum extat in aureo carmine Pythagoræ:*

I ij Μήδ'

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσ-
δέξασθαι
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελ-
θεῖν
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτε-
λέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι, καὶ
μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ
τέρπου.

Quod Virgilius in Epigrammatis conuertit:

Vir bonus & ſapiens (qualem uix repperit unum
Millibus è multis hominum conſultus Apollo)
Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad unguem.
Nec prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quæ præter greſſus? quid geſtum in tempore?
quid non?
Cur iſti facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit,
Quam melius mutare fuit? miſeratus egentem
Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem?
Quid uolui, quod nolle bonum foret? utile honeſto
Cur malus antetuli? num dicto aut deniq; uultu
Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis quàm
Diſciplina

Diſciplina trahit? ſic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à ueſpere cuncta reuoluens,
Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.

Affero res multum & diu cogitatas) ut Cicero ſcribit: ſe ad nullam cauſam maiorem, niſi præmeditatũ, et re diu, multum què cogitata acceßiſſe, & Demoſthenes ait, ſe, ſi poſſet, non modo ſcripta, verùm etiam ſculpta dicturum eſſe.

Sequitur tertia vituperatio ſenectutis, quòd eam carere dicunt voluptatibus. O præclarum munus ætatis: ſiquidem id aufert nobis, quod eſt in adoleſcentia vitioſißimum. Accipite enim, optimi adoleſcentes, veterem orationem Archytæ Tarentini, magni inprimis, & præclari viri, quæ mihi tradita eſt, cùm eſſem adoleſcens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem peſtem, quàm corporis vo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

luptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundũ incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc Rerumpub. euerſiones, hinc cum hoſtibus clandeſtina colloquia naſci dicebat: nullum deniq; ſcelus, nullum magnum facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impelleret: ſtupra verò, adulteria, & omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari, niſi voluptate. Cumq́; homini ſiue natura, ſiue quis DEus nihil mente præſtabilius dediſſet, huic diuino muneri, ac dono nihil tam eſſe inimicum, quàm voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum eſſe omnino: nec in voluptatis regno virtutem poſſe conſiſtere. Quod quò magis intelligi poſſet, fingere animo

mo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

mo aliquem iubebat, incitatum volu- ptate corporis, quanta percipi poſſet maxima: nemini cenſebat fore dubi- um, quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, ni- hil cogitatione conſequi poſſet. Quocir- ca nihil eſſe tam deteſtabile, tamq́ pe- ſtiferum, quàm voluptatem. Siquidē ea cùm maior eſſet, atq́ longior, omne animi lumen extingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite, patre eius, à quo in Caudino prælio Sp. Poſthumius, et T. Veturius Conſules ſuperati ſunt, locutum Architam, Nearchus Taren- tinus hoſpes noſter, qui in amicitia po- puli Rom. permanſerat, ſe à maiori- bus natu accepiſſe dicebat: cum quidē ei ſermoni interfuiſſet Plato Atheni- enſis, quem Tarentum veniſſe L. Ae- milio, Appio Claudio Conſulibus re-

perio. Quorſum hæc? vt intelligatis, ſi voluptatem aſpernari ratione & ſapientia non poſſumus, magnam habendam ſenectuti gratiam, quæ effecerit, vt non libêret, quod non oporteret. Impedit enim conſilium voluptas rationi inimica, ac mentis (vt ita dicam) perſtringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Inuitus quidem feci, vt fortiſsimi viri T. Flaminij fratrem L. Flaminium è Senatu eijcerem ſeptem annis poſtquam Conſul fuiſſet: ſed notandam libidinem putaui. Ille enim cùm eſſet Conſul in Gallia, exoratus eſt in conuiuio à ſcorto, vt ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre ſuo Cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt: mihi verò, & Flacco neu-

tiquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

tiquam probari potuit tam flagitioſa, & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus. Sæpe à maioribus natu audiui, qui ſe porrò pueros à ſenibus audiuiſſe dicebant, mirari ſolitum C. Fabricium, quòd quum apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet à Theſſalo Cinea, Athenis quendam eſſe, qui ſe ſapientem profiteretur, eumq́; dicere, Omnia, quæ faceremus, ad voluptatem eſſe referenda. Quod ex eo audientes, M. Curium, & T. Coruncanum, optare ſolitos, vt id Samnitibus, ipſiq́; Pyrrho perſuaderetur, quò facilius vinci poſſent, cùm ſe voluptatibus dedidiſſent. Vixerat M. Curius, cum P. Decio, qui quinquennio ante eum Conſulem ſe pro Repub. quarto Conſulatu deuouerat. Norat eundem Fabricius, no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

rat Coruncanus: qui tum ex ſua vita, tum ex eius, quem dico, P. Decij facto iudicabant eſſe profectò aliquid natura pulchrum, atq; præclarum, quod ſua ſponte peteretur, quodq; ſpreta, et contempta voluptate optimus quiſq; ſequeretur. Quorſum igitur tam multa de voluptate? Quia non modò vituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quòd ea voluptates nullas magnopere deſiderat. Caret epulis, extructiſq; menſis, & frequentibus poculis: caret ergo vinolentia: cruditate & inſomnijs.

Summa tertij argumenti & ſolutionis oppoſitæ, ex Argumento libelli repetatur.

Archytæ Tarentini) Platoni σύγχρονος & amicus fuit, circa annum mundi 3602. qui fuit vrbis Romæ 390.

Hæc

Hæc cum C. Pontio Samnite, patre eius, à quo in Caudino prælio Sp. Poſthumius & Veturius Conſules A. V. 433. ſuperati ſunt) Hiſtoria ignominioſi fœderis Caudini extat in principio lib. 9. apud Liuium: vbi etiam patris Herenniј Pontiј, qui Archytæ ſermoni interfuiſſe fingitur, mentio fit. Cum enim Romanæ legiones intra furculas Caudinas à Samnitibus concluſæ tenerentur, vniuerſi Herennium Pontium patrem Imperatoris per literas conpilendum cenſent. Iam is grauior annis, non militaribus ſolùm, ſed ciuilibus quoq; abceſſerat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi, conſiliјq;, is vbi accepit, ad furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos: conſultus ab nuncio filiј, cenſuit omnes inde quamprimùm inuiolatos dimittendos, quæ vbi ſpreta ſententia eſt: iterum eodem remeante nuncio conſulebatur: cenſuit ad vnum omnes interficiendos. Quæ vbi tam diſcordia inter ſe, velut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt:

quanquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

quanquam filius ipſe inprimis iam animũ quoq; patris conſenuiſſe in áffecto corpore rebatur: tamen conſenſu omnium victus eſt, vt ipſum in conſilium acciret. Nec grauatus ſenex, plauſtro in caſtra dicitur aduectus, vocatusq́; in conſilium, ita fermè locutus eſſe, vt nihil ſententiæ ſuæ mutaret: cauſas tantùm adijceret. Priore ſe conſilio, quod optimum duceret, cùm potentiſsimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem, amicitiamq́;: altero conſilio, in multas ætates, quibus amiſsis duobus exercitibus haud facilè receptura vires Romana res, bellum differre: tertium nullum conſilium eſſe. Cùm filius, alijq́; principes percunctando exquirerent, quid ſi media via conſilium caperetur? vt & dimitterentur incolumes, & leges ijs iure belli victis imponerentur? iſta quidem ſententia, inquit, ea eſt, quæ neq; amicos parat, neq; inimicos tollit: ſeruate modo, quos ignominia irritaueritis. Ea eſt Romana gens, quæ victa quieſcere neſciat, viuit ſemper in pectoribus illorum, quicquid iſtuc præſens neceſsitas inuſſerit: neq; eos

ante

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ante multiplices pœnas expetitas à vobis quieſcere ſinet. Neutra ſententia accepta, Herennius domum è caſtris eſt auectus.

Huius Herennij filius, C. Pontius, Samnitum Imperator, anno 28. poſt pacem Caudinam, à Fabio Gurgite Conſule Romano in prælio captus, & in triumpho ductus, ac ſecuri percuſſus eſt.

Meminit eius Cicero etiam in Officijs, de Auaritia diſputans, lib. 2. non procul à fine.

Cùm Tarentum veniſſet L. Aemilio, Appio Claudio Coss.) circa annum vrbis 390. Quo tempore Plato ad Dionyſium iuniorem Siciliæ Tyrannum profectus erat, poſtulans ab eo terram & homines, qui iuxta conſtitutam à Platone Rempub. viuerent. Etſi autem Dionyſius liberaliter omnia pollicebatur: tamen cùm in ſuſpitionem apud eum veniſſet Plato, nihil præſtitit. Cumq; in periculo vitæ etiam Plato verſaretur, Archytas ſcriptis ad Dionyſium literis, eum liberauit. Exemplum epiſtolæ Archytæ recitat Diogenes Laertius lib. 3.

Fortiſsimi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Fortiſsimi viri T. Flaminij) qui Coſs. A. V. 556. Philippum Regem Macedoniæ vicit, & Græciæ libertatem reſtituit, apud Liuium Dec. 4. lib. 2. & 3.

Fratrem C. Flaminium è Senatu eijcerem, ſeptem annis, poſtquàm CONSVL fuiſſet) A. V. 565.

Tito fratre ſuo Cenſore) A. V. 565.

Mihi verò & L. Valerio Flacco) Cenſoribus A. V. 571. apud Liuium Dec. 4. lib. 9.

C. Fabricium, cum apud Regem Pyrrhum legatus eſſet) A. V. 473.

Audiſſet à Theſſalo Cinea) Cancellario Regis Pyrrhi, homine excellenti ingenio, eloquentia & memoria prædito. Vide Plutarchum in vita Pyrrhi.

Athenis quendam eſſe, qui ſe ſapientem profiteretur) Epicurum, qui tempore Ptolomæi Lagi Athenis vixit. Intulit

autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

autem Pyrrhus bellum Romanis anno 42. poſt mortem Alexandri Magni, & initium Ptolemæi Lagi

M. Curius) *qui de Samnitibus victis triumphauit, & Pyrrhum Italia expulit, Conſul II. & III. A. V. 478. Conſul I. fuit A. V. 463.*

T. Coruncanus) *Coss. A. V. 473.*

Vixerat M. Curius cum P. Decio filio) qui A. V. 458. ſe in bello aduerſus Samnitas & Gallos, Dijs manibus deuouerat. Quinquennio poſt Decij mortem vixit. A. V. 463. M. Curius primùm Conſul fuit.

Sed ſi aliquid dandum eſt voluptati, (quoniam eius blanditijs non facilè obſiſtimus. Diuinus enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces) quanquàm immoderatis epulis careat ſenectus, modicis conui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

conuiuijs tamen poteſt delectari. C. Duillum M. filium, qui Pœnos primus claſſe deuicerat, redeuntem à cœna ſenem ſæpe videbam puer: delectabatur crebro funali, & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat: tantùm licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad meipſum iam reuertor. Primùm habui ſemper ſodales. Sodalitates autem me Quæſtore conſtitutæ ſunt, ſacris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè: ſed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora. Neq; enim ipſorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, et ſermonibus metiebar. Bene enim maiores noſtri accubationem epularem amicorum

micorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt, melius quàm Græci: qui hoc idem tum Compotationem, tum Concœnationem vocant: vt quod in eo genere minimũ eſt, id maximè probare videantur. Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuijs delector: nec cum æqualibus ſolùm, qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam ætate, atq; vobiſcum: habeoq; ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis, & cibi ſuſtulit. Quòd ſi quem etiam iſta delectant, (ne omnino bellum indixiſſe videar voluptati, cuius eſt etiam fortaſſe quidam naturalis modus) non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſis, carere ſenſu ſenectutẽ. Me verò & magiſteria delectant à

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

maioribus inſtituta: & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo: & pocula, ſicut in ſympoſio Xenophontis, minuta, atque rorantia: & refrigeratio æſtate, & viciſsim hyeme aut Sol, aut ignis hybernus. Quæ quidem in Sabinis etiam perſequi ſoleo, conuiuiumque vicinorum quotidie compleo: quod ad multam noctem quàm maximè poſſumus, vario ſermone producimus. At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. Credo, ſed ne deſideratio quidem. Nihil autem moleſtum, quod non deſideres. Bene Sophocles, cùm ex eo quidam iam confecta ætate quæreret, vteretur né rebus venereis. Dij meliora, inquit: libenter verò iſtinc, tanquam à domino agreſti, ac furioſo profugi. Cupidis enim rerum

talium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

talium odioſum, & moleſtum eſt fortaſſe carere: ſatiatis verò, & expletis iucundius eſt carere, quàm frui. Quãquam non caret is, qui non deſiderat. Ergo non deſiderare dico eſſe iucundius, quàm frui. Quòd ſi iſtis ipſis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde ijs, quibus ſenectus etiam ſi non abundè potitur, non omnino caret. Vtq; Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea ſpectat, delectatur tamen etiã qui in vltima: ſic adoleſcentia voluptates propè intuens magis fortaſſe lætatur: ſed delectatur etiam ſenectus procul eas ſpectans tantum, quantum ſat eſt. At illa quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omniũ, ſecum eſſe,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſecumq́; (vt dicitur) viuere. Si verò
habet aliquod tanquam pabulum ſtu-
dij, atq; doctrinæ, nihil eſt otioſa ſe-
nectute iucundius. Mori videbamus
in ſtudio dimetiendi penè cœli, atq;
terræ C. Gallum familiarem patris
tui Scipio. Quoties illum lux noctu
aliquid deſcribere ingreſſum, quoties
nox oppreſsit, cùm cœpiſſet manè.
Quàm delectabatur, cùm defectiones
Solis, & Lunæ multò nobis antè præ-
diceret? Quid in leuioribus ſtudijs,
ſed tamen acutis? quam gaudebat
Bello ſuo Punico Næuius? quàm
Truculento Plautus? quàm Pſeudu-
lo? Vidi etiam ſenem Liuium, qui cũ
ſeptem annos antè, quàm ego natus
ſum, fabulam edidiſſet Cethego, Tu-
ditanoq́; Conſulibus, vſq; ad adoleſcen-
tiam meam proceſsit ætate. Quid de

P. Licinij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

P. Licinij Craſsi & Pontificij, et Ciuilis iuris ſtudio loquar? aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus Pontifex maximus factus eſt? Atqui eos omnes, quos commemoraui, his ſtudijs flagrantes ſenes vidimus. M. verò Cethegum, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius, quanto ſtudio exerceri in dicendo videbamus etiam ſenem? Quæ ſunt igitur epularum, aut ludorum, aut ſcortorum voluptates cum his voluptatibus comparandæ? Atq; hæc quidem ſtudia ſunt doctrinæ, quæ quidem prudentibus, & benè inſtitutis pariter cum ætate creſcunt: vt honeſtum illud Solonis ſit, quod ait verſiculo quodam (vt antè dixi) ſeneſcere ſe multa in dies addiſcentẽ, qua voluptate animi nulla certè poteſt eſſe maior.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Sed ſi aliquid dandum eſt voluptati) Altera pars Reſponſionis, quòd Senectus non careat honeſtis & moderatis voluptatibus, primùm conuiuiorum, deinde ſtudiorum doctrinæ, tertiò, agriculturæ, quartò, authoritatis & gloriæ.

Plato eſcam malorum voluptatem appellat) in Philebo de voluptate, an ſummum bonum ſit. ex profeſſo diſputat.

Seneca: Voluptates in hoc nos amplectuntur, vt ſtrangulent.

C. Duillum M. filium, qui Pœnos primus claſſe deuicerat) A. V. 493.

Crebro funali) Tertiſcn, apud nos nominantur faces ex funibus contortis, & cera aut pice illitis.

Sodalitates) quales in hac vrbe ſunt, das Wickerlach/ & ceteræ. Item, die Calandsgeſellſchafft.

· Me Quæſtore ſacris Ideæ magnæ matris acceptis) A. V. 550. Hiſtoria extat apud Liuium Dec. 3. lib. 9.

Conuiuium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Conuiuium nominarunt melius quàm Græci) in epiſtola ad Papyrium Pætum, lib. 9. Fam. Moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil eſt aptius vitæ: nihil ad beatè viuendũ accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atq; victus, remiſsionemq́; animorum, quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuijs dulciſsimus: vt ſapientius noſtri, quàm Græci illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id eſt, compotationes aut concœnationes, nos conuiuia, quod tum maximè ſimul viuitur.

Magiſteria delectant & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo) Qualia fuerint hæc magiſteria & ſermones à magiſtro conuiuij adhibiti, apparet ex Plutarchi libro 4. Sympoſ: Καλλιστράτου δὲ τοῦ σοφιστοῦ παρόντος, ἔργον ἦν ἀλλαχόθι δειπνεῖν, ἄμαχος γὰρ ἡ φιλοφροσύνη, καὶ τὸ πάντας εἰς τὸ αὐτὸ συνάγειν ἐπιεικῶς τοὺς χαρίεντας ἥδιστον παρεῖχε.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

πολλάκις μὲν γὰρ ἐμίμειτο τῶν παλαιῶν τὸν κίμωνα, πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἑστιῶν ἡδέως. ἀεὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸν κελεὸν, ὅν πρῶτον ἱστοροῦσι εὐδοκίμων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν κατασκεύσαντα σύνοδον καθημερινὴν ὀνομάσαι πρυτανεῖον. ἐγένοντο δὲ λόγοι τοιοῦτοι συνουσία πρέποντες ἑκάστοτε. καὶ ποτε παρέχον αἱ τράπεζαι ποικιλώταται γινόμεναι, ζήτησιν ὑπὲρ ὄψων. πότερον τὰ ἐκ γῆς, ἢ τὰ ἐκ θαλάττης ἐπιτηδειότερα. καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων αἰνούντων τὰ ἐκ γῆς, πολλὰ καὶ παντοδαπὰ καὶ δυσεξαρίθμητα τοῖς γένεσι, καὶ ταῖς διαφοραῖς. *Item,* συμποσιακῶν ά κεφ: δ. ποῖόν τινα δεῖ τὸν συμποσίαρχον εἶναι.

In Sabinis) *Ager Sabinus vrbi Romæ vicinus, eſt verſus Ortum & Boream, ad ripam Tyberis.*

Turpione Ambiuio) *hiſtrione, qui Terentij Comœdias pleraſq; Catonis ætate in theatro egit.*

Si verò habet aliquod tanquam pabulum) *Sequuntur voluptates ex ſtudijs literarum & artium.*

C. Sul-

C. Sulpitium Gallum familiarem L. Aemylij Pauli patris Scipionis Æmyliani) qui bello Perſico Eclipſin Lunæ in caſtris prædixit, Conſul fuit A.V. 588.

Bello ſuo Punico Næuius) Cn. Næuius Poëta, primi belli Punici hiſtoriam, & multas Comœdias ac Tragœdias ſcripſit, in quibus potentiſſimos Romanæ ciuitatis viros nominatim taxauit. Obijt anno vrbis 550.

Quàm Truculento Plautus) obijt Catone Cenſore A.V. 570.

Quàm Pſeudolo) Comœdia Plauti, ingenioſiſſimè elaborata, & lectu iucundiſſima.

Vidi etiam ſenem Liuium) L. Liuius Andronicus Poëta, primus Romæ fabulam docuit, A.V. 513. ſeptennio antè Catonem natum A.V. 521.

P. Licinij Craſſi) cuius etiam paulò ante facta eſt mentio, COSS. A.V. 549.

De huius P. Scipionis, qui his pau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

cis diebus Pontifex maximus factus eſt) Hic P. Scipio Naſica corculum appellatus, Scipionis Africani agnatus in tertio gradu, & gener fuit.

P. Corn. Scipio

Cn. Cornelius Scipio COS. A.V. 532. cum M. Marcello Gallos & Germanos ad Mediolanum vicit.	*P. Corn: Scipio, qui primus cum Hannibale conflixit, A. V. 536.*
P. Corn. Scipio Naſica, qui Idæam matrem adoleſcens excepit.	*P. Corn. Scipio Africanus, qui Hannibalem uicit, A. V. 552.*
P. Corn. Scipio Corculum dictus COS. A. V. 592. 599. Pontifex Maximus A. V. 604.	*Cornelia.*

M. verò Cethegum) *COS. A. V. 550.*

Quem rectè Suadæ medullum dixit Ennius)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Ennius) Verſus Ennij ſunt:

Marci filius dictus ollis popularibus olim,
Qui tum viuebant homines, atq; æuum a-
gitabant.
Flos delibatus populi, Suadæq; medulla.

Solonis verſiculo) Γηράσκω δὲ ἀεί πολλὰ διδασκόμενος.

Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector: quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proximè videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquàm recuſat imperium, nec vnquàm ſine vſura reddit quod accepit, ſed alias minore, plerunq; maiore cum fœnore. Quanquàm me quidem non fructus modò, ſed etiam ipſius terræ uis, ac natura delectat: quæ cùm gremio mollito, ac ſubacto ſemen ſparſum ac-

cepit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

cepit, primùm id occatum cohibet, ex quo Occatio (quæ hoc efficit) nominata eſt: deinde tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit, culmoq́ erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur. E quibus cùm emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam: & contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non poſſum: vt meæ ſenectutis requiem, oblectamentumq́ noſcatis. Omitto enim vim ipſam omnium, quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſsimis ſeminibus tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

tos truncos, ramosq; procreet: malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, non né ea efficiunt, vt quemuis non ſine admiratione delectent? Vitis, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur: eadem, vt ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur: quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes parteis nimia fundatur. Itaq; ineunte vere, in ijs quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea, quæ gemma dicitur, à qua oriens vua ſe ſe oſtendit: quæ & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens primò eſt peracerba guſtu: deinde maturata dulceſcit, veſtitaq; pampinis nec modico te-

pore

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

pore caret, & nimios Solis defendit ardores. Qua quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius? Cuius quidem non vtilitas me ſolùm (vt antè dixi) ſed etiam cultura, & ipſa natura delectat: adminiculorum ordines, & capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium, ſarmentorumq́; ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immiſsio. Quid ego irrigationes, quid agri foſsiones, repaſtinationesq́; proferam, quibus fit multò terra fœcundior? Quid de vtilitate loquar ſtercorandi? dixi in eo libro, quem de Rebus ruſticis ſcripſi: de qua doctus Heſiodus ne verbum quidem fecit, cùm de cultura agri ſcriberet.

At Homerus, qui multis, vt mihi videtur, antè ſeculis fuit, Laertem lenientem deſiderium, quod capiebat è filio,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

lio, colentem agrum, & eum ſterco-
rantem facit. Nec verò ſegetibus ſo-
lùm, & pratis, & vineis, & arbuſtis
res ruſticæ lætæ ſunt, ſed pomarijs eti-
am, & hortis, tum pecudum paſtu: &
apum examinibus, tum florum omniũ
varietate. Nec conſitiones modò de-
lectant, ſed etiam inſitiones: quibus
nihil inuenit agricola ſolertius. Poſ-
ſum perſequi multa oblectamenta re-
rum ruſticarum: ſed ea ipſa quæ dixi,
ſentio fuiſſe longiora. Ignoſcetis au-
tem: nam & ſtudio rerum ruſtica-
rum prouectus ſum: & ſenectus eſt
natura loquacior: ne ab omnibus eam
vitijs videar vindicare. Ergo in hac
vita M. Curius, cùm de Samnitibus,
de Sabinis, de Pyrrho triumphaſſet,
conſumpſit extremum tempus ætatis:
cuius quidem villam ego contemplans

(abeſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

(abeſt enim non longè à me) admirari ſatis non poſſum vel ipſius hominis continentiam, vel temporum diſciplinam. Curio ad focum ſedenti magnū auri pondus Samnites cùm attuliſſent, repudiati ab eo ſunt. Non enim aurum habere præclarum ſibi videri dixit: ſed eis qui haberent aurum, imperare. Poterat né tantus animus non iucundam efficere ſenectutem.

Venio nunc ad voluptates agricolarum) *Teſtimonia de DEO, & ſapientia, bonitate, omnipotentia, & prouidentia DEI conſulentis vtilitati, commodisq́ humani generis, illuſtria ſunt, cùm omnes res cæteræ in tota natura, tùm inprimis etiam TERRAE fœcunditas, & rerum terra naſcentium varietas, pulchritudo ſpecierum, propagatio & generatio ex ſeminibus, uel traduce miranda. Verè enim: Emicat ex ipſis diuina potentia terris, Præſentemq́ refert quælibet herba Deum.*

Quanta

Quanta varietas eſt plantarum, arborum, herbarum, florum venuſtiſsima ſpecie & odore nos oblectantium, fructuum, FRVGVM: quæ Philoſophicis ſeu potius Chriſtianis oculis aſpicere & conſiderare, non modò voluptas eximia, & homine digniſsima, verùm etiam PIETAS & ſacrificium DEO gratum eſt. Deduximus autem eruditiſsimi Libelli DE SENECTVTE explicationem, vſq; ad inſignes illos et aureos locos DE AGRICVLTVRA, & DE ANIMORVM IMMORTALITATE, quos proximis diebus, Deo iuuante, legemus.

Ad ſapientis vitam) *Sapientia eſt noticia rerum præcipuarum & præſtantiſsimarum DEI, naturæ rerum, præceptorum de moribus, coniuncta cum iuſticia, & omni probitate.*

Nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit) *Nullum iuſtius genus reditus, quàm quod terra, cœlum, annus refert. At hoc magnam fidem, acres oculos, numeroſas manus poſcit, &c. Plinius. ByZacenus ager fertilitatis eximiæ, cum centeſima fru*

ge agricolis fœnus reddente terra.

Gremio) inter fœmora ſeu fœmina.

Mollito) aratione.

Subacto) benè arato & culto, vt ſationi idoneus ſit.

Occatum) fit crate vel Raſtro.

Herbeſcentem viriditatem) quæ ab radice foliata ſine caudice prouenit.

Fibris) Fibræ nominantur extremitates rerum, & præcipuè minutiſsima fila radicum.

Stirps ſignificat originem rei, radicem & truncum.

Frugem) fructum terræ.

Spicæ ordine) inſtar ſpiculi, ex culmo vel vagina ſe proferens, vel à ſpe.

Ariſta) ab ariditate. Eſt telũ defendens frugem.

Vim ipſam omnium quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano) Illuſtre teſtimonium prouidentiæ eſt conſeruatio ſpecierum, & modus propagationis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

nis ſeu generationis plantarum, quo ex ſimilibus ſimilia, vt ex grano tritici triticũ non hordeum, ex ſemine amaraci amaracus non hyſopus, ex pomo pomus, non olea &c. gignuntur. Eſtq́ꝫ hæc ipſa frugum generatio ex ſeminibus in terram coniectis & putrefactis, imago Reſurrectionis noſtrorum corporum. Vt enim

Sicca ſub inuerſas conduntur ſemina glebas,
 In quibus effectus dixeris eſſe nihil.
Hæc tamen arcano ſurgunt creſcentia motu,
 Et robur tacitis uiribus aucta gerunt:
Sic quoq; noſtra cauis illata cadauera tumbis,
 Accipient uiuum glorificata decus.
Merſa prius letho, mox uera inſignia uitæ
 Ante Deum æternæ tempora lucis agent.

Acino vinaceo) Acinus propriè ſignificat die Weinbeer.

Racemus) den Stengel / *Vinaceus ſeu nucleus acini,* den Kern im Weinbeer.

Malleoli) ſurculi è duro enati. Plinius: Solebat capitulatus vtrinq; è duro ſurculus ſeri, eoq́ꝫ argumento malleolus vocatur etiam nunc.

Sarmenta) virgæ longiores, ex truncis arborum natæ, & adhærentes ſtirpi, vel præciſæ.

Traduces) ſurculi aliunde tracti ſeu execti, & alijs arboribus inſiti.

Propagines) vites in terram depreſſæ, exiguo interuallo rurſum educuntur, & inflexæ in terram denuo conduntur, vt pluribus locis nouæ vites enaſcantur.

Vitis natura caduca) fragilis, à cadendo, cadauer.

Clauiculis ſuis) capreolis, qui ἕλικες Græcè.

Gemma dicitur) die augen.

Peracerba guſtu) ὄμφακες.

Veſtita pampinis) folijs vitis.

Adminiculorum ordines) palorum ſuſtentantium vites.

Coniugatio) ſub vnum iugum aſtrictio, ſicut ad Rhenum propè Heydelbergam.

Religatio) alligatio, aſtrictio.

Repaſti.

Repaſtinationes) refoßiones.

Dixi in libro quem de re Ruſtica ſcripſi) qui adhuc extat.

Homerus Laertem agrum colentem, & ſtercorantem facit) Odyſſ. ω.

Nec verò ſegetibus ſolùm & pratis) Virgilius quatuor Agriculturæ partes facit, Segetum, & Arborum culturam, paſtionem, & mellationem.

M. Curius) COS. A.V. 463. 478. 479. cuius ſupra aliquoties mentio facta eſt.

Non aurum habere, ſed eis, qui aurum haberent, imperare) Simile eſt illud in Caroli Martelli Epitaphio:
Non vult regnare, ſed regibus imperat ipſe.

Sed venio ad agricolas, ne à me ipſo recedam. In agris erant tum Senatores, id eſt, ſenes. Siquidem L. Quintio Cincinnato in agro aranti nũciatum eſt eum Dictatorem eſſe fa-

ctum: cuius Dictatoris iuſſu Magiſter equitum C. Seruilius Hala Sp. Melium regnum appetentem, & occupare volentem interemit. A villa in Senatum accerſebantur Curius, et cæteri ſenes: ex quo qui eos accerſebant, Viatores nominati ſunt. Num igitur eorum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe argicolatione oblectabant? Mea quidẽ ſententia, haud ſcio hac an vlla vita beatior eſſe poſsit: neq; ſolùm officio, quòd hominum generi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed & delectatione, quam dixi, & ſaturitate, copiaq; omnium rerum, quæ ad victum hominum, & cultum etiam Deorum pertinent. Et quoniam hæc quidẽ deſiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni, aſsiduiq; domini referta cella vinaria,

oleas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

olearia, mellaria, & penuaria eſt: villaq; tota locuples eſt: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Iam hortum ipſi agricolæ Succidiam alteram appellant. Tum conditiora facit hæc etiam ſuperuacanei operis aucupium, atq; venatio. Quid de pratorũ viriditate, aut arborum ordinib., aut vinearum, oliuetorumúe ſpecie dicam? Breui expediam. Agro bene culto nil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat, verùm etiam inuitat, atq; allectat ſenectus. Vbi enim poteſt illa ætas, aut melius, aut æquè caleſcere, vel apricatione, vel igni? vel viciſſim vmbris, aquisúe refrigerari ſalubrius? Habeant igitur alij ſibi arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, & pilam, ſibi natationes, & curſus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant, & teſſeras: idipſum tamen vt libebit: quoniam ſine his beata eſſe ſenectus poteſt. Multas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt, quos legite, quæſo, ſtudioſè, vt facitis. Quam copioſè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inſcribitur. Atq; vt intelligatis, nihil ei tam regale videri, quàm ſtudium agri colendi: Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem regem Perſarum præſtantem ingenio, atq; imperij gloria, cùm Lyſander Lacedæmonius vir ſummæ virtutis veniſſet ad eum Sardis, eiq́; dona à ſocijs attuliſſet, & cæteris in rebus comem erga Lyſandrum, atq; humanum fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum diligenter

conſi-

conſitum oſtendiſſe. Cùm autem admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam, atq; puram, & ſuauitatem odorum, qui efflarentur è floribus: tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimenſa, atq; deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe: Atqui ego iſta ſum dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborũ mea manu ſunt ſatæ. Tum Lyſandrum, intuentem eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumq́; Perſicum multo auro, multiſq́; gemmis, dixiſſe: Rectè verò te Cyre beatum ferunt: quoniam virtuti tuæ fortuna cõiuncta eſt. Hac igitur frui licet ſenibus: nec ætas impedit, quò minus & cæterarum rerũ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

et in primis agri colendi ſtudia teneamus vſq; ad vltimum tempus ſenectutis. M quidem Valerium Coruinũ accepimus ad centeſimum annum vitam perduxiſſe: cùm eſſet exacta iam ætate in agris, eosq́; coleret: cuius inter primum & ſextum Conſulatum, ſex & quadraginta anni interfuerunt. Itaq; quantum ſpacium ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt, tantus illi curſus honorum fuit: atq; eius extrema ætas in hoc beatior, quàm media, quòd autoritatis plus habebat, laboris verò minus. Apex autem ſenectutis eſt Autoritas. Quanta fuit in L. Cæcilio Metello? quanta in Attilio Calatino? in quem illud elogium vnicum plurimæ conſentiunt gentes, Populi primarium fuiſſe virum. Notum eſt eius carmen inciſum in ſepulcro.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

pulcro. Iure igitur grauis: cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens. Quem virum, P. Craſſum nuper Pontificem maximum, quē poſtea M. Lepidum eodem ſacerdotio præditum vidimus? Quid de Paulo, aut Africano loquar? aut, vt iam antè, de Maximo? quorum nō in ſententia ſolùm, ſed etiam in nutu reſidebat autoritas. Habet ſenectus, honorata præſertim, tantam autoritatē, vt ea pluris ſit, quàm omnes adoleſcentiæ voluptates. Sed in omni oratione mementote eam me laudare ſenectutem, quæ fundamentis adoleſcentiæ conſtituta ſit. Ex quo id efficitur, quod ego magno quondam cum aſſenſu omnium dixi: Miſeram eſſe ſenectutem, quæ ſe oratione defenderet. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre

poſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

poſſunt: ſed honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit autoritatis extremos. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia, atq; communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli: quæ et apud nos, & in alijs ciuitatibus, vt quæq; optimè morata, ita diligentiſſimè obſeruantur. Lyſandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domiciliũ ſenectutis. Nuſquam enim tantum tribuitur ætati, nuſquam eſt ſenectus honoratior. Quin etiam memoriæ proditum eſt, quum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu veniſſet, in magno conſeſſu locum ei à ſuis ciuibus nuſquam datum: cùm autem ad Lacedæmonios acceſſiſſet, qui cùm legati eſſent, in

loco

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

loco certo conſederant, conſurrexiſſe omnes illi dicuntur, & ſenem illum ſeſſum recepiſſe. Quibus cùm à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex his quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle. Multa in noſtro collegio præclara ſunt: ſed hoc de quo agimus, inprimis, quòd vt quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. Neque enim ſolum honore antecedentib. ſed ijs etiam, qui cum imperio ſunt, maiores natu Augures anteponuntur. Quæ ſunt igitur voluptates corporis, cũ autoritatis præmijs comparandæ? quibus qui ſplendidè vſi ſunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, et dif-

ficiles

ficiles ſenes: ſi quærimus, etiam auari. Sed hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis. At moroſitas tamen, & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excuſationis, non illius quidem iuſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur. Contemni ſe putant, deſpici, illudi: prætereà in fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt: quæ tamen omnia dulciora fiunt & bonis moribus, & artibus: idq; tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex ijs fratribus, qui in Adelphis ſunt: quanta in altero duritas, in altero comitas? Sic ſe res habent. Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas vetuſtate coaceſsit. Seueritatem in ſenectute probo, ſed eam (ſicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo. Auaritia verò ſenilis quid ſibi velit, non intelligo: poteſt enim quicquam eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

eſſe abſurdius, quàm quò minus viæ reſtat, eò plus viatici quærere?

L. Quintio Cincinnato in agro aranti) Plinius lib. 18. fol. 315. Quænam ergo tantæ vbertatis cauſa erat? Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (vt fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eademq́ue diligentia arua diſponebant, qua caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, vnde cognomen. Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem, vt traditur, nudo, plenoq; pulueris, etiamnum ore. Cui viator, vela corpus, inquit, vt proferam Senatus, populiq; Romani mandata. Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt ſubindè & ex agris Senatum, ducesq; acceſſentibus.

Cuius

Cuius iuſſu Seruilius Hala Sp. Melium interemit) *A. V. 316. Liuius Dec. 1. lib. 3.*

Referta cella vinaria, olearia, locuples) *Confer Encomium vitæ Ruſticæ ex fine lib. 2. Georgicorum.*

Ex luſionib. multis talos relinquant) *Suetonius: Talis luſimus γεροντικῶς. Totam ludendi rationem explicat Eraſmus in Colloquio, cui titulus eſt, Aſtragaliſmus.*

Xenophontis) *auditor Socratis. Floruit à captis Athenis, anno mundi 3562. ferè vſq; ad Philippum Macedonem.*

Cyrum minorem Regem Perſarum) *filium Darij nothi, fratrē Artaxerxis Mnemonis, cuius cum fratre Artaxerxe bellum Xenophon in* Ἀναβάσει, *& Plutarchus in vita Artaxerxis deſcribunt.*

Conſeptum agrum diligenter conſitum) *ita vertit Græcam vocem* παράδεισον.

Directos in quincuncem ordines) ἐξ ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα: ὀρθοὶ δὲ οἱ στίχοι

τῶν

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

τῶν δένδρων : εὐγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη.

M. *Valerium* Publicolam Coruinū) *qui anno vrbis 406. cum Gallo dimicans, Coruini cognomen accepit à Coruo, galeæ inſidente. Liuius Dec.1.lib.7. COS. A.V. 407. VI. 454.*

Apex) ſummum decus.

Autoritas) eſt propter eximiam virtutem & ſapientiam apud alios homines magna in exiſtimatione & honore eſſe.

In L. Cæcilio Metello) *COS. A.V. 506. cuius antea quoq; meminit.*

Attilio Calatino) *Conſule anno vrbis 495. tempore primi belli Punici.*

P. Craſſum nuper Pont: Max:) *COS. cum Scipione A. V. 549*

M. Lepidum) *COS. A.V. 579.*

De Paulo) *L. Paulo Aemylio, qui COS. II. A.V. 586. Perſeum Regem Macedoniæ cepit.*

Africano) qui A. V. 552. Hannibalem vicit.

M De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

De Maximo) Q. Fabio Maximo, qui tempore belli Punici II. floruit.

Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, atq; ſolicitam habere noſtram ætatem videtur, Appropinquatio mortis: quæ certè à ſenectute non poteſt longè abeſſe. O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam eſſe in tàm longa ætate non viderit: quæ aut planè negligenda eſt, ſi omninò extinguit animum: aut etiam appetenda, ſi aliquò eum deducit, vbi ſit futurus æternus. Atqui tertium certè nihil inueniri poteſt. Quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſum? Quanquam quis eſt tam ſtultus (quamuis ſit adoleſcens) cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum? Quin etiam ætas illa

multò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

multò plures, quàm noſtra, mortis caſus habet. Facilius in morbos incidũt adoleſcẽtes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Itaq; pauci veniunt ad ſenectutem: quod niſi ita accideret, melius et prudentius viueretur. Mens enim, ratio, et conſilium in ſenibus eſt: qui ſi nulli fuiſſent, nullæ omninò ciuitates eſſent. Sed redeo ad mortem impendẽtem. Quod illud eſt crimen ſenectutis, cùm illud videatis cum adoleſcentia eſſe commune? Senſi ego tùm in optimo filio meo, tum in expectatis ad ampliſſimam dignitatem fratribus tuis Scipio, omni ætati mortem eſſe communẽ. At ſperat adoleſcens diu ſe victurum: quod ſperare idem ſenex non poteſt. Inſipienter ſperat. Quid enim eſt ſtultius, quàm incerta pro certis habere, falſa pro veris? At ſenex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

nec quod ſperet, habet quidem. At eſt eò meliore conditione, quàm adoleſcens: cùm id quod ſperat ille, hic iam aſſecutus eſt. Ille vult diu viuere: hic diu vixit. Quanquàm (ô Dij boni) quid eſt in hominis vita diu? Da enim ſupremum tempus, expectemus Tarteſsiorum regis ætatem: Fuit enim (vt ſcriptũ video) Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo eſt aliquid extremũ: cùm enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit: tantùm remanet, quod virtute, & rectè factis ſis conſecutus. Horæ quidem cedunt, & dies, menſes, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid ſequatur, ſciri poteſt. Quod

cuiq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

cuiq; temporis ad viuendum datur, eo debet contentus eſſe. Neq; enim hiſtrioni, vt placeat, peragenda eſt fabula: modò, in quocunq; fuerit actu, probetur: nec ſapienti vſq; ad, Plaudite, viuendum. Breue enim tempus ætatis, ſatis eſt longum ad benè, honeſteq́; viuendum. Sin proceſſeris longius, non magis dolendum eſt, quàm agricolæ dolent, præterita verni temporis ſuauitate, æſtatem, autumnumq́; veniſſe. Ver enim tanquam adoleſcentiam ſignificat, oſtenditq́; fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, aut percipiendis accommodata ſunt. Fructus autem ſenectutis, eſt (vt iam ſæpè dixi) antè partorum bonorum memoria, & copia.

Quarta reſtat cauſa, cur Senectus miſera eſſe putetur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Aetas propinqua morti, omnium malorum maximè horribili, miſera eſt.

Senectus non procul abeſt à morte:

Ergo miſera eſt.

Reſpondet primùm breuiter ad Maiorem. Mors non eſt mala: ideoq́ nec metuenda. Nam vel omninò extinguit, & prorſus in nihilum redigit animum, ita vt ſenſus mali nullus poſt mortem ſuperſit: vel animum à corpore liberatum, reddit æternum & beatum. Atqui tertium certè nihil inueniri poteſt. Quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſim? Hanc inſufficientem enumerationem, quæ tamen ſæpè velut demonſtratio firmiſsima, à Cicerone et Platone repetitur, eruditè & ſplendidè refutat Lactantius lib. 3. Argutè, vt ſibi videtur, quaſi nihil aliud eſſe poſsit? Atqui vtrunq́ hoc falſum eſt. Docent enim diuinæ literæ, non extingui animas, ſed aut pro iuſtitia præmio affici, aut pœna pro ſceleribus ſempiterna. Nec enim fas eſt, aut eum, qui ſceleratus in vita feliciter fuerit, effugere quod meretur: aut eum, qui ob iuſtitiam miſerrimus fuerit, ſua mercede fraudari. Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

adeò verùm eſt, vt idem Tullius in conſolatione, non eaſdem ſedes incolere iuſtos atq; impios prædicauerit. Nec enim omnibus, inquit, iidem illi ſapientes arbitrati ſunt, eundem curſum in cœlum patêre: nam vitiis & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atq; in cœno iacere docuerunt: caſtos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam ſtudiis atq; artibus expolitos, leui quodam & facili lapſu, ad deos, id eſt, ad naturam ſui ſimilem peruolare. Quæ ſententia ſuperiori illi argumento repugnat: illud enim ſic aſſumptum eſt, tanquam neceſſe ſit omnem hominem natũ immortalitate donari. Quod igitur erit diſcrimen virtutis ac ſceleris, ſi nihil intereſt? vtrum'ne Ariſtides ſit aliquis, an Phalaris? vtrum Cato, an Catilina? ſed hanc repugnantiam rerum, ſententiarumq; non cernit, niſi qui tenet veritatem? Si quis igitur nos roget: vtrum ne mors ſit bonum, an malum: reſpondebimus, qualitatem eius ex vitæ ratione pendere. Nam ſicut vita ipſa bonum eſt, ſi cum virtute viuitur: malum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ſi cum ſcelere : ita & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda eſt. Ita ſit, vt ſi vita in Dei religione transacta ſit, mors malum non ſit, quia translatio eſt ad immortalitatem : ſin aliter, malum ſit neceſſe eſt : quoniam, vt dixi, ad æterna ſupplicia transmittit.

Quanquam quis eſt tam ſtultus (quãuis ſit adoleſcens) cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum) *Secunda Reſponſio ad Minorem. Non ſenectus ſola morti propinqua eſt, ſed adoleſcentibus non minus quàm ſenibus mors omnibus momentis impendet. Sunt enim omnes homines* ἐφάμεροι, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, *ac verè Homo bulla.* ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν Εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν. *Seneca. Omnis dies, omnis hora, quàm nihil ſimus, oſtendit.*

Senſi in optimo filio meo) *M. Portio Catone, qui in bello contra Perſeum, ſub Aemylio Paulo Imperatore, egregium virtutis & fortitudinis ſpecimen ediderat, &*

Aemylij

Aemylij Pauli gener factus erat. Is poſtea triennio antè patrem obijt.

In expectatis ad ampliſsimam dignitatem fratribus tuis Scipio) *filijs L. Aemylij Pauli, quorum duo, paucis diebus antè & poſt triumphum L. Aemylij de Perſeo obierunt. Liuius Decad. 5. lib. 5. Sed non Perſeus tantùm per illos dies documentum humanorum caſuum fuit, in catenis antè currum victoris ducis per vrbem hoſtium ductus, ſed etiam victor Paulus auro purpuraq́ fulgens. Nam duobus è filijs, quos duobus datis in adoptionem, ſolos, nominis, ſacrorum, familiæq́ hæredes retinuerat domi, minor fermè XII. annos natus, quinq́ diebus antè triũphum, maior XIIII. annorum triduo pòſt triumphum deceſsit: quos prætextatos curru vehi cum patre, ſibijpſos ſimileis prædeſtinanteis triumphos oportuerat. Paucis pòſt diebus, data à M. Antonio Tribuno plebis concione, cum de ſuis rebus geſtis more cæterorum Imperatorum diſſeruiſſet, memorabilis eius oratio & digna Romano*

principe fuit. Quanquam & quàm feliciter Rempublicam adminiſtrauerim; & quòd duo fulmina domum meam per hos dies percuſſerint, non ignorare vos Quirites arbitror, cum ſpectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint: tamen paucis quæſo ſinatis me cum publica felicitate comparare, eo quo debeo animo priuatam meam fortunam &c. Illud optaui, vt, cum ex ſummo retro volui fortuna conſueſſet, mutationē eius domus mea potius, quàm Reſpublica ſentiret. Itaq; defunctam eſſe fortunam publicam, mea tam inſigni calamitate ſpero, quòd triumphus meus, velut ad ludibrium caſuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum eſt interpoſitus.

At ſperat adoleſcens diu ſe victurum? inſipienter ſperat) *Seneca. Mors tam iuueni antè oculos debet eſſe, quàm ſeni. Non enim citamur ex cenſu. Theocritus.* οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ᾽ αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.

Tarteßiorum Regis) *Bætis, Hiſpaniæ fluuius,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

fl. & vrbs inter duo oſtia fl. in mare ſe exonerantis poſita, Tarteſſus olim dicta eſt. Poſtea Gades, extra columnas Herculis. Vide Strabonem lib. 3.

Arganthonius quidam) Recitatur etiam in Macrobijs Luciani:

Nec præteritum tempus vnquam reuertitur) Nec quæ præterijt curſu reuocabitur vnda, Nec quæ præterijt, hora redire poteſt.

Nec ſapienti vſq; ad plaudite viuendum) ſapiens hoc agat, vt toto vitæ tempore conſilia & actiones ſuas omnes, Deo & hominibus rectè iudicantibus, probet, nec differat vitæ emendationem, & virtutis cultum, vſq; ad finem vitæ.

Breue tempus ætatis ſatis eſt longũ ad benè honeſteq; viuendum) Iohannes Baptiſta tantùm 32. annos vixit. Agnes, Agatha, Barbara, virgines iuuenculæ, martyrij coronam adeptæ ſunt.

Omnia verò quæ ſecundum natu-

ram

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ram fiunt, ſunt habenda in bonis. Quid eſt autem tam ſecundum naturam, quàm ſenibus emori? quod idem contingit adoleſcentibus aduerſante, & repugnante natura. Itaq; adoleſcētes mori ſic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: ſenes autem, ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur. Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura, & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Quæ mihi quidem tam iucunda eſt, vt quò propius ad mortem accedam, eò citius quaſi terram videar videre, aliquandoq; in portum ex longa nauigatione eſſe venturus. Omniū ætatum certus eſt terminus: ſenectutis autem nullus certus eſt terminus:

recteq;

recteq́; in ea viuitur, quoad munus of-
ficij exequi, & tueri poſsis, & tamen
mortem contemnere. Ex quo fit, vt
animoſior etiam ſenectus ſit, quàm a-
doleſcentia, & fortior. Hoc eſt illud,
quod Piſiſtrato tyranno à Solone re-
ſponſum eſt: quum illi quærenti, Qua
tandem ſpe fretus, ſibi tam audacter
obſiſteret, reſpondiſſe dicitur, Sene-
ctute. Sed viuendi eſt finis optimus,
cùm integra mente, cæteriſq́; ſenſibus,
opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmen-
tauit, Natura diſſoluit. Vt enim na-
uem, vt ædificium idem deſtruit facil-
limè, qui conſtruxit: ſic hominem ea-
dem optimè, quæ conglutinauit, Na-
tura diſſoluit. Nam omnis congluti-
natio recens, ægrè: inueterata, facilè
diuellitur. Ita fit, vt illud breue vitæ
reliquum, nec auidè appetendum ſe-

nibus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

nibus, nec ſine cauſa deſerendum ſit. Vetatq́; Pythagoras iniuſſu Imperatoris, id eſt, Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum, lamentisq́; vacare. Vult ſe charum, credo, ſuis eſſe. Sed haud ſcio an melius Ennius:

Nemo me lacrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit. cur? uolito uiuus per ora uirûm.

Non eſſe lugendam mortem cenſet, quam immortalitas conſequatur. Nā ſenſus moriendi ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat, præſertim ſeni: pòſt mortem quidem ſenſus aut optandus, aut nullus eſt. Sed hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe, mortem vt negligamus: ſine qua meditatione tranquillo eſſe animo nemo poteſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

poteſt. Moriendum enim certè eſt: &
id incertum, an eo ipſo die. Mortem
igitur omnibus horis impendentem ti-
mens, quis tranquillo poßit animo con
ſiſtere? De qua non ita longa diſputa-
tione opus eſſe videtur, cùm recorder
non ſolùm L. Brutum, qui in liberan-
da patria eſt interfectus: non duos
Decios, qui ad voluntariam mortem,
curſum equorum incitauerũt: non M.
Attilium, qui ad ſupplicium eſt pro-
fectus, vt fidem hoſti datam conſerua-
ret: non duos Scipiones, qui iter Pœ-
nis vel corporibus ſuis obſtruere volu-
erunt: non auum tuum L. Paulum,
qui morte ſua luit collegæ in Cannenſi
ignominia temeritatem: non M. Mar-
cellum, cuius interitum ne crudelißi-
mus quidem hoſtis honore ſepulturæ
carere paſſus eſt: ſed legiones quidem

noſtras

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

noſtras (quod ſcripſi in Originibus) in eum locum ſæpe profectas alacri animo, & erecto, vnde ſe nunquàm redituras arbitrarentur. Quod igitur adoleſcentes, & ij quidem non ſolùm indocti, ſed etiam ruſtici contemnũt, id docti ſenes extimeſcent? Omnino (vt mihi quidem videtur) rerum omnium ſatietas, vitæ facit ſatietatem. Sunt pueritiæ certa ſtudia: num igitur ea deſiderant adoleſcentes? Sunt & ineuntis adoleſcentiæ: num ea iam conſtans requirit ætas, quæ dicitur media? Sunt etiam huius ætatis: ne ea quidem in ſenectute quæruntur. Sunt autem extrema quædam ſtudia ſenectutis. Ergo vt ſuperiorum ætatum ſtudia occidunt, ſic occidunt etiam ſenectutis. Quod cùm euenit, ſatietas vitæ tempus maturum mortis affert.

Omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Omnia verò quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis.

Tertia Reſponſio ad Maiorem. Mors non eſt mala: ideoq; nec metuenda. Quia eſt naturalis, ſicut violæ & floſculi, & omnes res naſcentes in tota natura rurſus intereunt & extinguuntur. Inſigni autem & neruoſa periphraſi, ſequentem Ciceronis locum euoluit Seneca Epiſtola 30. quam Studioſi integram legant. Baſſus ait, tàm ſtultum eſſe, qui mortem timeat, quàm qui ſenectutem. Nam quemadmodum ſenectus adoleſcentiam ſequitur, ita mors ſenectutem. Viuere noluit, qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data eſt, ad hanc itur, quam ideò timere dementis eſt, quia certa expectantur, dubia metuuntur. Mors neceſſitatem habet æquam & inuictam. Quis queri poteſt, in ea conditione ſe eſſe, in qua nemo non eſt? Prima enim pars æquitatis eſt æqualitas. Sed nunc ſuperuacuum eſt, naturæ cauſam agere, quæ non aliam voluit legem noſtram eſſe, quam ſuam. Quicquid compoſuit, reſoluit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

& quicquid reſoluit, componit iterum. Iã verò ſi cui contigit, vt illum ſenectus leniter emitteret, non repentè auulſum vitæ, ſed minutatim ſubductum, nonne ille gratias agere Dÿs omnibus debet, quòd ſatiatus ad requiem homini neceſſariam, laſſo gratam, perductus eſt? Vides quoſdam optantes mortem, & quidem magis quàm rogari ſolet vita, &c. Dicebat quidem ille Epicuri præceptis obſequens, primùm ſperare ſe, nullum dolorem eſſe in illo extremo anhelitu, ſi tamen eſſet, haberet aliquantulum in ipſa breuitate ſolatÿ. Nullum enim dolorem longum eſſe, qui magnus eſt. Cæterum ſuccurſurum ſibi etiam in ipſa diſtractione animæ, corporiſq́;, ſi cum cruciatu id fieret, pòſt illum dolorem, ſe dolere non poſſe. Non dubitare autem ſe, quin ſenilis anima in primis labris eſſet, nec magna vi diſtraheretur à corpore. Ignis qui valentem materiam occupauit, aqua & interdum ruina extinguendus eſt. Ille qui alimentis deficitur, ſua ſponte ſubſidit.

Quò propius ad mortem accedam, eò
citius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

citius quaſi terram videar videre, aliquandoq́; in portum) Seneca Epiſtola 71. Mors clementiſsimus portus eſt, aliquando petendus, nunquam recuſandus, in quẽ ſi quis intrà primos annos delatus eſt, non magis queri debet, quàm qui citò nauigans in portum venit. Benè mori, eſt effugere malè viuendi periculum. Hoc eſt vnũ, cur de vita non poſsimus queri, neminem tenet. Non deerit ad mortem ingenium, cui non defuerit animus.

Piſiſtrato) Recitatur à Plutarcho in vita Solonis.

Sed viuendi finis eſt optimus) Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Vetat Pythagoras iniuſſu Imperatoris de ſtatione vitæ decedere) Nemo ſibiipſi mortem conſciſcere debet. Vide Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 1. cap. 20. 21. & deinceps.

Solonis elogium eſt) Vtrunq; Solonis & Ennij diſtichon recitatur Tuſcul. 1.

SOLONIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu.

De qua non ita longa diſputatione opus eſſe videtur.

Quarta Reſponſio, qua mortem non metuendam, ſed magno & forti animo negligendam & contemnendam eſſe, exemplis Bruti, Deciorum, Reguli, Aemylij Pauli, Marcelli, & totarum legionum, quæ ad voluntariam mortẽ ſæpè profectæ ſunt, demonſtrat.

L. Brutum) *A. V. 245. Liuius Decad. 1. lib. 2.*

Duos Decios) *pater A. V. 415. in bello cum Latinis ſe pro Reipub. ſalute deuouit, Dec. 1. lib. 8. filius A. V. 458. in bello cum Samnitibus.*

M. Attilium Regulum) *A. V. 503. in primo bello Punico. Inſignis autem huius conſtantiæ & fortitudinis Reguli laudatio & defenſio, extat in fine lib. 3. Officiorum,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

orum, quam ſtudioſi relegant.

Duos Scipiones) P. Cornelium, patrem Africani ſuperioris, & L. Cornelium fratrem, qui anno primo ſecundi belli Punici A. V. 336. ſe Hannibali oppoſuerunt. Poſtea in Hiſpaniis interfecti ſunt.

Non auum tuum L. Paulum) COS. III. A. V. 538. ad Cannas interfectū, Dec. 3. lib. 2.

Collegæ) Terentij Varronis.

M. Marcellum) COS. V. A. V. 546. Liuius Dec. 3. lib. 7.

Crudeliſsimus hoſtis) Hannibal.

Scripſi in Originibus) Septem Originum libros Cato ſcripſit: Quorum primò, res geſtas Regum populi Romani: ſecundo & tertio, ſingularum in Italia ciuitatum origines & antiquitates: quarto, bellum Punicum primum &c. complexus eſt.

Quod igitur adoleſcentes contemnunt, id docti ſenes extimeſcent) Seneca. Nec infantes, nec pueri, nec mente

lapſi timent mortem. Turpiſsimum igitur eſt, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non præſtat, ad quam ſtulticia perducit.

Sunt pueritiæ certa ſtudia) Verſus Horatij ex arte poëtica repetantur.

Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis, canibusq́;, et aprici gramine cāpi,
Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper. &c.

Equidem non video, cur quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere vobis: quòd eò melius cernere mihi videor, quòd ad eam propius adſum. Ego veſtros patres P. Scipio, tuq́; C. Læli, viros clariſsimos, mihiq́; amiciſsimos viuere arbitror, & eam quidem vitam, quæ eſt ſola vita nominanda. Nam dum ſumus in his incluſi com-

ſi com-

ſi compagibus corporis, munere quodam neceſsitatis, & graui opere perfungimur. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſsimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq́ contrarium. Sed credo Deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana, vt eſſent, qui terras tuerentur, quiq́ cœleſtium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo, atq́ conſtantia. Nec me ſolùm ratio ac diſputatio impulit, vt ita crederem: ſed nobilitas etiam ſummorum philoſophorum, & autoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoricosq́, incolas penè noſtros, qui eſſent Italici philoſophi quondam nominati, nunquam dubitaſſe, quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Demonſtrabantur mihi prætereà,
quæ Socrates ſupremo vitæ die de
immortalitate animorum diſſeruiſſet,
is qui eſſet ſapientiſsimus oraculo A-
pollinis iudicatus. Quid multa? Sic mi-
hi perſuaſi, ſic ſentio, cùm tanta ce-
leritas animorum ſit, tanta memoria
præteritorum, futurorum prudentia,
tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inuenta:
non poſſe eam naturam, quæ res eas
continet, eſſe mortalem. Cumq́ animus
ſemper agitetur, nec principium mo-
tus habeat, quia ipſa ſe moueat: nec fi-
nem quidem habiturum eſſe motus,
qui nunquam ſe ipſe ſit relicturus. Et
cùm ſimplex animi natura eſſet, neq;
haberet in ſe quicquam admiſtum di-
ſpar ſui, atq; diſsimile, non poſſe eum
diuidi: quod ſi non poſsit, non poſſe
interire. Magnoq́ eſſe argumento, ho-
mines

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

mines ſcire pleraq; antequã nati ſint, quòd iã pueri cùm artes difficiles diſcãt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas nõ tùm primũ accipere videantur, ſed reminiſci, & recordari. Hæc Platonis ſunt ferè. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior hæc dicit: Nolite arbitrari, ô mihi chariſsimi filij, me, cùm à vobis diſceſſero, nuſquam, aut nullum fore: nec enim dum eram vobiſcum, animum meum videbatis: ſed eum eſſe in hoc corpore, ex his rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur eſſe creditote, etiam ſi nullum videbitis. Nec verò clarorum virorum poſt mortem honores permanerent, ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent, quò diutius memoriam ſui teneremus. Mihi quidem nunquam perſuaderi potu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

it, animos, dum in corporibus eſſent mortalibus, viuere: cum exiſſent ex ijs, emori: nec verò tùm animum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet: ſed cùm omni admiſtione corporis liberatus, purus, & integer eſſe cœpiſſet, tùm eſſe ſapientem. Atq; etiam cùm hominis natura morte diſſoluitur, cæterarum rerum perſpicuũ eſt, quò quæq; diſcedant: abeunt enim omnia, vndè orta ſunt: animus autẽ ſolus nec cùm adeſt, nec cùm diſcedit, apparet. Iam verò videtis nihil morti eſſe tàm ſimile, quàm ſomnum. Atqui dormientium animi maximè declarant diuinitatem ſuam, multa enim cùm remiſſi, & liberi ſunt, futura proſpiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri ſint, cùm ſe planè corporis vinculis relaxauerint. Quare ſi hæc

ita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

ita ſint, ſic me colite vt Deum. Si vnà interiturus eſt animus cum corpore, vos tamen Deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, & regunt, memoriam noſtri piè, inuiolateq́; ſeruabitis. Cyrus quidem hæc moriens. Nos (ſi placet) noſtra videamus. Nemo vnquam mihi, Scipio, perſuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos auos Paulum, et Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præſtantes viros, quos enumerare neceſſe non eſt, tanta eſſe conatos, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent: niſi animo cernerent, poſteritatem ad ſe pertinere poſſe. An cenſes (vt de meipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq́ue domi, militiæq́ue ſuſcepturum fuiſſe, ſi iiſdem finibus

gloriam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

gloriam meam, quibus vitam, eſſem terminaturus? Non ne melius multò fuiſſet, otioſam ætatem, & quietam ſine vllo labore, & contentione traducere? Sed neſcio quomodo animus erigens ſe, poſteritatem ſemper ita proſpiciebat, quaſi cùm exceſſiſſet è vita, tùm deniq; victurus eſſet. Quod quidem ni ita ſe haberet, vt animi immortales eſſent, haud optimi cuiusq; animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. Quid, quòd ſapientiſſimus quiſq; æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo? Non né vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius, videre ſe ad meliora proficiſci: ille autem, cuius obtuſior ſit acies, non videre? Equidem efferor ſtudio patres veſtros, quos colui et dilexi, videndi. Neq; eos verò ſo-

lùm

lũ cõuenire aueo, quos ipſe cognoui: ſed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipſe conſcripſi. Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, neúe tanquam pilam retorſerit. Quòd ſi quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam, et in cunis vagiam, valdè recuſem: nec verò velim, quaſi decurſo ſpatio, à calce ad carceres reuocari. Quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? Sed habeat ſanè: habet certè tamen aut ſatietatem, aut modum. Non libet enim mihi deplorare vitam: quod multi, & hi docti, ſæpè fecerunt. Nec me vixiſſe pœnitet: quoniam ita vixi, vt fruſtrà me natum non exiſtimem: & ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium nobis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

bìs, non habitandi dedit. O præclarum diem, cùm ad illud animorum concilium, cœtumque proficiſcar, & cùm ex hac turba, & colluuione diſcedam. Proficiſcar enim non ad eos ſolùm viros, de quibus antè dixi, ſed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus eſt, nemo pietate præſtantior: cuius à me corpus crematum eſt: quod contrà decuit, ab illo meum. Animus verò non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profectò loca diſceſſit, quò mihi ipſe cernebat eſſe veniendũ. Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. non quòd æquo animo ferrem: ſed me ipſe conſolabar, exiſtimãs non longinquum inter nos digreſſum, & diſceſſum fore. *His mihi rebus* Scipio (id enim te cum Lælio admirari ſolere dixiſti) leuis eſt ſenectus, nec

ſolùm

ſolùm non moleſta, ſed etiam iucunda. Quòd ſi in hoc erro, quod animos hominum immortales eſſe credam, libenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum viuo, extorqueri volo: ſin mortuus (vt quidam minuti Philoſophi cenſent) nihil ſentiam, nõ vereor ne hunc errorem meum mortui Philoſophi irrideant. Quòd ſi non ſumus immortales futuri, tamen extingui homini ſuo tempore optabile eſt. Nam habet natura, vt aliarum omnium rerum, ſic viuendi modum. Senectus autem peractio ætatis eſt, tanquã fabulæ: cuius defatigationem fugere debemus, præſertim adiuncta ſatietate. Habui hæc de ſenectute, quæ dicerem: ad quam vtinam perueniatis, vt ea, quæ ex me audiſtis, re experti probare poſſitis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Equidem non video, cur quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere uobis.

Quinta Reſponſio ad Maiorem. Mors non omninò extinguit & delet hominem, nec planè redit in nihilum, quod fuit antè nihil, ſed migratio eſt animæ ex hac vita miſera, & ærumnoſa, in alteram vitam beatam & æternam. Seneca. Dies iſte, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis eſt. Iura vitæ, mortis beneficio habemus.

Hac occaſione inſignem de ANIMI IMMORTALITATE ET VITA beatorum Animorum AETERNA, diſputationem attexit: Quam in primo Tuſculanarum Quæſtionum libro copioſius pertractat.

Sunt autem octo præcipua Argumenta, quibus Animæ immortalitatem confirmat. Quæ ſuprà in Argumento & Diſpoſitione Libelli breuiter diſtributa, & formis Dialecticis incluſa, ad hunc locum repetita aſſumantur.

eo melius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Eò melius cernere mihi videor, quò ad eam propius adſum) Id Seneca expreſsit Epiſtola 30. Baſſus noſter ſenex, de morte multa loquitur, & id agit ſedulò, vt nobis perſuadeat, ſi quid incommodi aut metus in hoc negotio eſt, morientis vitium eſſe, non mortis: nec magis in ipſa quicquam eſſe moleſtiæ, quàm poſt ipſam. Hic verò plurimum authoritatis habuit, cùm loqueretur de morte vicina. Libentiſsimè itaq; illum audiebam, quaſi ferentem de morte ſententiam, et qualis eſſet eius natura velut propius inſpectæ indicantem. Plus, vt puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, ſi quis reuixiſſet, & in morte nihil mali eſſe narraret, expertus, acceſſus mortis, quàm perturbationem afferat. Optimè hi tibi dicent, qui ſecundum illam ſteterunt, qui venientem & viderunt & receperũt. Inter hos Baſſum licet numeres, qui nos decipi noluit.

Ego veſtros Patres P. Scipio) PROPOSITIO. Ego ſentio animam eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

immortalem. *Fuit autē pater Scipionis iunioris L. Aemylius Paulus COS. I. A. V. 572. II. A. V. 586.*

Tuq; C. Læli) *C. Lælium Scipionis Africani ſuperioris amicum, & collegam L. Scipionis Aſiatici in conſulatu A. V. 564.*

Qui cæleſtium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atq; conſtantia) *Plato in Timæo.* Τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὔθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν. ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων, οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη, μήτε ἄστρα, μήτε ἥλιον, μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι, μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δὲ ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. λέγω δὴ τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον ἀγαθόν. τἆλλα δὲ ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν, ὧν ὁ μὴ

φιλό-

φιλόσοφος τυφλωθεὶς, ὀδυρόμενος ἂν θρη-
νοῖ μάτην. ἀλλὰ τούτου λεγέσθω παρ' ἡμῶν αὐ-
τὴ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν,
δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ
κατιδόντος περιόδους, χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς
περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως συγ-
γενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταγμέ-
νας. ἐκμαθόντες δὲ, καὶ λογισμόν κατὰ φύσιν
ὀρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ
θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὔσας τὰς ἐν ἡμῖν πε-
πλανημένας καταστησαίμεθα.

Audiebam Pythagoram) I. *Argumentum ab Authoritate. Fuit autem Pythagoras Samius, qui tempore Seruij Tullij Regis Romanorum, & Cyri Regis Perſarum, ac Cambyſis, in magna Græcia floruit, annis 500. ante Chriſti natalem.*

Quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate Animorum diſſeruiſſet) *apud Platonem in Phædone.*

Cum tanta animorum celeritas ſit) *II. Argumentum ab Actionibus Animæ, ex Phædone Platonis.*

Cumque animus ſemper agitetur) III. Argumentum ex Phædro Platonis, pag. 202. Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος, τὸ γὰρ ἀεὶ κινητὸν ἀθάνατον. &c. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον.

Et cum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quidquam admixtum, & diſpar ſui) IIII. Argumentum ex Phædone Platonis, pag. 31.

Homines ſcire pleraque antequam nati ſunt) V. Argumentum ex Phædone Platonis pag. 20.

Apud Xenophontem) lib. 8. Τίνι δ' ἂν βοηθήσας, ἰσχυρότερον σύμμαχον ἀντιλάβοις; τίνα δ' αἴσχιον μὴ φιλεῖν, ἢ τὸν ἀδελφόν; τίνα δὲ ἁπάντων κάλλιον προτιμᾶν, ἢ τὸν ἀδελφόν; μόνου τοι ὦ Καμβύση πρώτου ὄντος ἀδελφοῦ παρ' ἀδελφῷ οὐδὲ φθόνος παρὰ τῶν ἄλλων ἀφικνεῖται. ἀλλὰ πρὸς θεῶν πατρῴων παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, εἴ τι καὶ τοῦ ἐμοὶ χαρίζεσθαι

εἴξεσθαι μέλλει ὑμῖν. Οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδὲν εἰμὶ ἐγὼ ἔτι ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γε ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε. ἀλλ᾽ οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς, οὔπω κατενοήσατε, οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι. τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν, ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; οὔτοι ἔγω γε ὦ παῖδες, οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχὴ, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ. ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχὴ, ζῶντα παρέχεται. οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίχα γένηται, οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι. ἀλλ᾽ ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, δῆλά ἐστιν ἕκαστα, ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον πλὴν τῆς ψυχῆς. αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. Ἐννοήσατε δὲ ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀν-

θρωπίνῳ θανάτῳ, οὐδέν ἐστιν ὕπνου. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ. τότε γὰρ ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ ἐγώ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι, ποιεῖτε ἃ ἐγώ δέομαι. Εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μένουσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι συναποθνήσκει, ἀλλὰ θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας, καὶ πάντ᾽ ἐφορῶντας, καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀκριβῆ καὶ ἀκήρατον καὶ ἀναμάρτητον καὶ ὑπὸ κάλλοις καὶ μεγέθοις ἀδιήγητον, τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς μηδὲν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε.

Nemo vnquàm mihi, Scipio, perſuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos auos Paulum & Africanum, aut Africani patrem aut patruum)

Sequitur par GENEALOGIAE SCIPIONVM.

P.Corne-

P. Cornelius Scipio

P. SCIPIO primus in Italia cū Hannibale ad Ticinum conflixit, A. V. 536.

Cn. Scipio patruus Africani.

P. SCIPIO Africanus, Scipionis iunioris auus, qui Hannibalem vicit A.V. 552.

L. Aemylius Paulus Scipionis auus, qui in Cannenſi prælio perÿt.

P. SCIPIO valetudinarius, qui Aemylÿ Pauli filium adoptauit.

L. Aemylius Paulus pater Scipionis naturalis, qui Perſeum Macedoniæ Regem cepit, A.V. 586.

P. SCIPIO Aemylianus (quem hoc in loco alloquitur Cato) in Scipionum familiam adoptatus, Chartaginem deleuit, A. V. 608.

Si ijſdem finibus gloriam meam, quibus vitam eſſem terminaturus)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Hanc ſententiam inſigni expolitione ſexies ferè mutatis verbis repetit Cicero in Oratione pro Archia. Nullam virtus aliam mercedem laborum, periculorumq́; deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem detracta, iudices, quid eſt quod in hoc tàm exiguo vitæ curriculo & tàm breui, tantis nos in laboribus exerceamus? certè ſi nihil animus præſentiret inpoſterum, & ſi quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas, nec tantis ſe laboribus frangeret, neq; tot curis, vigilijsq́; angeretur, nec toties de vita ipſa dimicaret: nunc inſidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atq; admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam. An verò tàm parui animi videamur eſſe omnes, qui in Republica atq; in his vitæ periculis, laboribusq́; verſamur, vt cum vſq; ad extremum ſpatium nullum tranquillum atq; otioſum ſpiritum duxerimus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

duxerimus, nobiſcum ſimul moritura omnia arbitremur? An, cum ſtatuas & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum ſtudioſè multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem nonne multò malle debemus, ſummis ingenijs expreſſam et politam? Ego verò omnia, quæ gerebam, iam tùm in gerendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempiternam. Hæc verò, ſiue à meo ſenſu pòſt mortem abfutura ſunt: ſiue, vt ſapientiſſimi homines putauerunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nūc quidem certè cogitatione quadam, ſpeq́; delector.

Non libet mihi deplorare vitam, quod multi, et hi docti, ſæpè fecerūt) *Hoc quidem à Cyrenaico Hegeſia ſic copioſè diſputatur (inquit alibi Cicero) vt is à rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur illa in Scholis dicere, quò multi his auditis, ſibiipſi mortem conſciſcerent. Callimachi qui-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

dem Epigramma in Ambraciotam Cleom-brotum eſt, quem ait, cum nihil ei accidiſſet aduerſi, è muro ſe abieciſſe, lecto Platonis Phædone.

Εἴπας, ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ἀμβρα-
κιώτης,
Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἄλαδε.
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακον, ἀλλὰ Πλά-
τωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Ex vita iſta diſcedo, tanquàm ex hoſpitio, non tanquàm ex domo) Venuſtiſsima ſimilitudo, qua Paulus etiam, non dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, ſicut Cicero, ſed indubitata & firmiſsima fide æternam & beatam cum Deo & Eccleſia cœleſti conſuetudinem in cœlis expectans, vtitur, Philipp. 1. Cupio (ἀναλῦσαι) migrare ex hoſpitio huius vitæ, & cum CHRISTO eſſe. 2. Cor. 5. Scimus, quod ſi terrenum hoc tabernaculum diſſolutum fuerit, Domum à

Deo

Deo ædificatam habemus æternam in cælis. In hoc enim gemimus, domicilium noſtrum in cælis ſuperindui deſiderantes, &c. Ebr. 11. Confeſſi ſunt, ſe hoſpites & peregrinos eſſe in terra. Meliorem enim patriam cæleſtem expectant.

O præclarum diem, cùm ad illud animorum concilium, cœtumq́ proficiſcar) *Ex Apologia Socratis apud Platonem. Equidem ſæpè mori, ſi fieri poſſet, vellem, vt colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat. Quanta delectatione autem afficerer, quùm Palamedem, quùm Aiacem, quùm alios iudicio iniquorum circumuentos conuenirem?*

Sed etiam ad Catonem meum) *filium, qui L. Aemylij Pauli gener fuit, & in bello contrà Perſeum, egregium virtutis ſpecimen ediderat. Obijt anno vrbis 702. triennio antè hunc ſermonem de Senectute à patre habitum.*

Cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Cuius à me corpus crematum eſt)
Ritus funerum & ſepulturæ Romanorum hic fuit. Primùm lauabant corpora, ſiue vulnerata ſiue non vulnerata, aqua gelida. Deindè oleo ea vngebant. & in culcitra ſiue feretro herbis fragrantibus conſperſo collocabant, apponentes illis arma, libros, aut alias res charas, quæ illos viuos delectaſſent. Poſteà magna Pompa, in qua Imagines omnium maiorum & virorum illuſtrium illius familiæ præferebantur, feretrum ad rogum deduxerunt. Depoſitum cadauer ad rogum ſalutauerunt cognati, et valedixerunt. Inde hominem mortuum impoſuerunt rogo. Cognati verò præciſas comas, vel alias res precioſas, interdum ipſi ſe, in ignem coniecerunt. Combuſto autem cadauere, collegerunt oſſa & cineres reliquos, quos vrnæ incluſos, terræ mandabant, ſuperimpoſito lapide, qui Epitaphium hominis mortui continebat.

Finis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 497 8°